fs.

Steph: Antonii de Stella Inscriptionum Latinarum
Libri III.
Romae.

Inscriptiones Sacro Sanctae Vetustatis.

Stephani Antonii Morcelli Inscriptiones.

Romae Reinesii Syntagma Inscriptionum
antiquarum: Supplement-omissis ex vasto
Gruteri opere.
Lipsiae et Francofurti.
MDCLXXXII.

Walkers Rules for Inscriptions





Stone found at Sea Mills

with the Peculiar cross ✕
also the Nimbus round the head & the
Hair, like rays of light.
The Cock & the Dog are Mithraic Symbols.
The Stone is about 2½ feet by 2 feet 1 & 6 in: thick
but broken into 4 pieces, it was Grey. with the face downwards
& broken in a drunken fit.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/antiquaeinscript00gude_0

INGENUO OPTIMAEQUE SPEI

ADOLESCENTI,

HENRICO TENKINK,

Hoc virtutis ac diligentiae ſpectatae praemium

In Claſſe PRIMA

Lubentes dederunt ex decreto

Ampliſſimi Dd. Coſſ. & Scholarchae

AMSTELAEDAMENSES.



QUOD TESTOR H. VERHEYK.

Gymnaſii publici Amſtelaedamenſis Rector.

Examine verno, D. xxiv Mart.

CIↃ IↃ CCLXXX.

INSCRIPTIONES
A
MARQVARDO GVDIO
COLLECTAE

SACRVM MVSIS
LVCIVS. LYCLIVS
DEO. PENINO
OPTIMO
MAXIMO
DONVM. DEDIT

F. Ottens. inv. et delin.

A. van Buysen. sciat.

ANTIQVAE
INSCRIPTIONES
QVVM GRAECAE, TVM LATINAE,
OLIM A
MARQVARDO GVDIO
COLLECTAE;
NVPER A
IOANNE KOOLIO
DIGESTAE
HORTATV CONSILIOQVE
IOANNIS GEORGII GRAEVII;
NVNC A
FRANCISCO HESSELIO
EDITAE
CVM ADNOTATIONIBVS EORVM.

LEOVARDIAE

TYPIS ET IMPENDIIS HEREDVM FRANCISCI HALMAE
ANNO CIↃ IↃ CC XXXI.

IOANNES SARESBERIENSIS

IN PROLOGO POLICRATICI DE NVGIS CVRIALIVM, ET VESTIGIIS PHILOSOPHORVM.

Arcus triumphales tunc proficiunt illuſtribus viris ad gloriam, quum ex quibus cauſſis, & quorum ſint, impreſſa docet inſcriptio. Liberatorem patriae, fundatorem quietis, tunc demum inſpector agnoſcit, quum titulus triumphatorem, quem noſtra Britannia genuit, indicat Conſtantinum.

I.C. Philipe inv. et fecit. 1730

PETRO. DOMINO. KING. BARONI. DE
OCKHAM. ARCHICANCELLARIO. MAGNAE. BRITANNIAE
ET. SERENISSIMI. REGIS. GEORGII. II. A. SANCTIORIBVS
CONSILIIS. VIRO. PRIMARIO. POPVLI. BRITANNICI. ET
IN. IVRIBVS. REGNI. AC. IMPERII. RECOGNOSCENDIS
INTERPRETANDISQVE. SCIENTIA. VSV. AVCTORITATE
PERILLVSTRI. ET. OMNI. GENERE. HONORIS. PROSEQVENDO
CVIVS. INTEGRITATEM. IVSTITIAM. FIDEM. MODERATIONEMQVE
FAMA. CELEBRAT. HAEC. ANTIQVITATIS. MONVMENTA
QVAE. ITALICA. ET. GALLICA. PEREGRINATIONE. COLLEGIT
MARQUARDVS. GVDIVS. CONSILIARIVS. REGIS. DANIAE
CHRISTIANI. V. IN. NEGOTIIS. PVBLICIS. ET. IN. TRIBVNALI
ATQVE. REGIMINE. DVCATVVM. SLESVICI. ET. HOLSATIAE
QVAEQVE. HORTANTE. IOANNE. GEORGIO. GRAEVIO
PROFESSORE. ELOQVENTIAE. HISTORIARVM. ET. POLITICAE
IN. ACADEMIA. TRAIECTENSI. ET. HISTORIOGRAPHO. REGIS
MAGNAE. BRITANNIAE. WILHELMI. III. DIGESSIT. IOANNES
KOOLIVS. SENATOR. ET. SCABINVS. AMERSFORDIENSIS
DEDICAT. NOMINE. HEREDVM. FRANCISCI. HALMAE. A
TYPIS. ORDINVM. FRISIORVM. SVOQVE. FRANCISCVS
HESSELIVS. CVRATOR. HVIVS. OPERIS. ET. EDITOR

PRAEFATIO FRANCISCI HESSELII.

QUum antiqui futura etiam cogitantes ampliſſimis monumentis, quae tamen aliquando ad interitum rediguntur vel injuria hominum vel longinquitate temporum, conſecrare voluerint memoriam nominis ſui; recentiores non minimum meruerunt decus hanc ſenſim obſcurari & evaneſcere, quantum in ipſis fuit, non paſſi. Gruterus quidem praeter ceteros magnam ex ea re laudem abhinc amplius annis centum eſt adeptus. Poſteri quoque ejus exemplum ſecuti dederunt operam, ut inveſtigarent ex inſpectione ipſa monumentorum & apographôn collatione, eſſentne ita; utque viderent & indagarent, ecquaenam fieri poſſet acceſſio. Et bene ſucceſſit, quod inter aliquot doctos, quos novit fama, Gudius huc animum adjunxit ſuum: fuit enim vir ille quum omni doctrina eruditus, tum diligens inveſtigator antiquitatis. Itaque, ut nemini eſt paullum modo humaniori ignotum, elogia monumentorum multa collecta ac notata ſunt ab ipſo peregrinatione praeſertim Italiae, quae in unum tandem corpus redacta ſunt, quae crebras exſpectationes hominibus litteratis ſui commorunt. Collectio autem iſta & notatio inſcriptionum in bibliotheca Gudii inter libros manu ſcriptos in quarto ſic habetur. *Volumina duo ſatis ſpiſſa, in quibus vir illuſtris, Dn. Marquardus Gudius inſcriptiones Graecas & Latinas in itinere Italico maximo labore & diligenti ſtudio undique collectas manu ſua notavit, quibusdam quoque notas addidit. &. Index alphabeticus eorum, de quibus agunt inſcriptiones voluminibus modo memoratis comprehenſae.* Ut vero bonitas ejus operis publicorum teſtimoniorum egregias habeat auctoritates, lubet ea mihi nunc ἀπομνημονέυειν. Verba Ez. Spanhemii ex diſſertatione nona de praeſtantia & uſu numiſmatum antiquorum haec ſunt. *Meminiſti etiamnum, ut opinor, Octavi nobiliſſime,* [is enim fuit Falconerius, ne forte quaeras] *quum in hortis Juſtinianeis ego & Marquardus Gudius ab omni liberali doctrina egregie inſtructus, idemque peracri ingenio, una tecum eſſemus, incidiſſe ſermonem de nummis & lapidibus antiquis, ac unde major in hiſtoriam veterem & omne litterarum genus utilitas redundaret.* & reliqua. Vide diſſertationum Ant. Dalei de antiquitatibus & marmoribus praefationem, cui parum multa

ad

ad ejus libri inſtitutum ex collectione Gudiana ſuppeditaviſſe conſtat. Verba Dan. Georg. Morhofii ex libro Polyhiſtoris litterarii quarto haec ſunt. *Aliud adhuc volumen prae manibus habet Marq. Gudius Gruteriano & Reineſiano longe accuratius: totam enim Italiam perreptavit ad congerendos hoſce theſauros.* [*Verum uti vir ille ſummus, neſcio qua invidia, maluit ſecum retinere premereque quod habuit, quam cum erudito orbe communicare; ita inſcriptiones quoque ſuas in tres quidem tomos eleganter admodum digeſſit, nec tamen alii, quamdiu viveret, edendas permiſit. Nunc poſt ejus mortem in clar. Graevii manus eas omnes perveniſſe fama aliquando fuit; ſed & illam non ſatis certam exinde comperi: potius adhuc in Gudiana bibliotheca tres illos tomos aſſervari fidem* αὐτόπται *aliqui fuerunt:* [*fecerunt:* Morhofium ſcripſiſſe exiſtimandum eſt.] *ut adeo ne nunc quidem eas inſcriptiones in lucem emiſſum iri ſpes ſit.*] Verba Burc. Gotth. Struvii ex bibliotheca antiquitatum generali haec ſunt. *Illuſtris vir Marquardus Gude inſcriptionum quoque opus collegerat, quod incomparabile vocat Morhofius,* (†) *idque in publicum proferri optat Meibomius* (††). *Incidit autem hoc manuſcriptum aliquot mille continens inſcriptiones ineditas in manus Graevii, a quo avide haec exſpectat eruditus orbis.* & ex adnotamentis. (†) *Polyhiſt. lib.* I. *c.* VII. *in f.* (††) *in addit. ad Vogleri introduct. p. m.* 162. Sed ex eo loco verba ipſius Morhofii ſubſcripſimus. *Mihi tamen loco non alieno tantae rei commemoratio* [de bibliotheca Gudii commemoravit Morhofius.] *minime praetermittenda videtur; tum quoniam publice intereſt non ignorari has Holſatiae noſtrae opes; tum ut venerationem, qua ſingulare hoc ſaeculi noſtri decus proſequor, publice teſtarer, ſimulque illum obteſtarer, ne quae habet in vetuſtis auctoribus admirabili plane* εὐτοχία *obſervata, ne poemata, quae cum antiquis de palma contendant, ne incomparabile illud inſcriptionum opus tot annos illi perpolitum luci publicae, poſteritati ſuaeque amplius invidere gloriae velit.*

Age vero, verba Jo. Alb. Fabricii ex bibliothecae Latinae libro quarto hacc ſunt. „Idem Sponius ineditas laudat collectiones Marulli Spa„latenſis & Nicolai Fabricii Peireskii, quae iisdem tenebris ſepultae ja„cent, quibus dolendum eſt Caroli Patini, Joh. Baptiſtae Donii & au„ctarium Gruteri ipſius, tum Bernardi Triviſani, Henrici Chriſtiani „Henninii & Marquardi denique Gudii (m) magno ſtudio congeſtam, „& jam pridem ab illuſtri Ezech. Spanhemio pag. 83. de uſu numiſma„tum laudatam, ampliſſimam ſyllogen publica luce hactenus prohiberi. & ex adnotationibus. „(m) Ineditas aliquot inſcriptiones e ſyntagmate „Gudiano affert Graevius praef. ad tomum undecimum theſauri anti„quitatum editionem ejus molitus, quam proxime, ut ſperamus, eru„ditis in Belgio viris, qui Gruteri opus tam belle expolivere, debebi„mus. De methodo & forma operis Gudiani videnda Frid. Brummeri

„epiſto-

„epiſtola ad Reineſium ſcripta A. 1666, 15 Octobr. ap. Tentzelium „τὸν μαχαρίτην dialog. menſtruis Germanice editis A. 1697. p. 836. & ex bibliothecae Latinae volumine tertio. „Dolendum eſt multas praecla„ras Marqu. Gudii obſervationes in autographo ejus (quod in hac urbe „evolvi, & hodie ſervat biblioth. Guelpherbytana) obvias, neſcio quam „ob cauſam in Amſtelodamenſi inſcriptionum Gruteri editione deſide„rari. Earum ſpecimina luculenta ex apographo nobiliſſimi D. Mi„chaelis medici Gluckſtadienſis excerpſit, & in actis eruditorum tomo „v. ſupplementi p. 4---37 edendas Lipſiam transmiſit amicus noſter „Chriſtophorus Woltereck. & paullo poſt. *Marquardi Gudii collectionem inſcriptionum veterum excudi Leovardiae, jam A.* 1716. *traditum in tomo* 24 *diarii Veneti eruditorum Italiae p.* 387. Ipſius autem Spanhemii verba, quorum commeminit Fabricius, haec ſunt. *Quod tamen eruditiſſimo Marquardo Gudio noſtro, optimo talium arbitro dijudicandum relinquimus; qui in praeclara illa & ſelecta, quam nimium premit, veterum inſcriptionum collectione* AMIUM & AMMIUM *pro eadem familia ſaepe ſe obſervaſſe, haud ita pridem indicabat.* Verba Fabricii ex capite bibliographiae antiquariae tertio & viceſimo haec ſunt. „Inſcriptiones omnis generis veterum Graecorum Romanorumque „ethnicas & Chriſtianas, atque in his quamplurimas ſepulcrales colle„gerunt illuſtraruntque Gruterus, Reineſius, Sponius, Fabrettus & „alii in bibliotheca Latina lib. IV. c. 5. a me laudati; quibus brevi ac„ceſſuras ſpero iisdem deſcribendas typis, quibus Gruteri corpus nuper „nitide recuſum eſt, quas ſingulari ſtudio collegit pridem atque expli„cavit v. c. Marquardus Gudius.

Inſuper addes, niſi moleſtum eſt, quaedam de Theod. Janſon. ab Almeloveeno in faſtos conſulares praefatione, & quidem de epiſtola Gilb. Cuperi ad eum ſcripta atque ibi inſerta, nec non etiam de Hadr. Relandi in Petr. fratris faſtos conſulares praefatione, ac de illo ipſo libro. Acta eruditorum anno milleſimo ſeptingenteſimo quartodecimo menſe Februario, & anno milleſimo ſeptingenteſimo ſextodecimo menſe Majo publicata Lipſiae omitto.

Ageſis, quoniam ſatis teſtimoniorum eſt, nunc ex ipſius Gudii litteris, quarum editio Burmanno Cl. V. debetur, illam Gudianam σύνταξιν etiam atque etiam, quantum in ipſis ſit, conſideremus. In ejus epiſtola ad Camillum Peregrinium haec legimus. „Oſtendebas Capuae „inter alios urbis veſtrae vetuſtos lapides inſcriptionem ſatis prolixam in „poſte aedium privatarum, quam, quia nobis e veſtigio liberaliter pol„licebare, non deſcripſimus; quare a te peto hominibus amiciſſimis „hanc pergas operam praeſtare, ut quidquid eſt illius monumenti ad

„nos,

„nos, quod commodo tuo fiat, quamprimum tranſmittatur. Gratiſ-
„ſimum foret, ſi quaedam alia ejusdem argumenti ἀνέκδοτα accederent,
„ſed comitate & patientia tua abuti non debeo. & paullo poſt. Non ſa-
„tis perſpicio quaedam verba in collectione illa inſcriptionum tuarum,
„neſcio, an oculi me fallant. Lapis eſt poſitus M. CAMPANIO, cu-
„jus extremas lineas apponam:

TRIB. COH. PR. HEMESEN
PRAEF. COH. III. BREVCOP
.....NICIA CVPRO

„Si bene legi, non capio, quid rei ſit; HEMESEN, quid alte-
„rum illud BREVCOP. quibus de verbis ſententiam tuam intelligere
„aveo. Obſcurum eſt in inſcriptione L. COMINII, fueritne ſcriptum
„A. F. LICI OSTORI, an AELICI OSTORI. quid, amo te, mon-
„ſtroſi nominis eſt Aelici Oſtori. Fortaſſe non magis notum aut uſita-
„tum, quam illud alterum ALFIVS IVDA ARGON ARCOSI-
„NAGOGVS, de quo ſi quid obſervaveris, velim libenter, ut
„ad me perſcribas. Alia inſcriptio variis nominibus libertorum in mar-
„gine exhibet ab una parte: IOVI SACR. ab altera: HANC ARM--.
„Haereo primum de illo DEALBI, dubius NEQVIS DEALBI an
„ſit, dealbet. Deinde aliquid ſuavitatis habet cognoſcere, quo in loco
„voces illae poſitae fuerint: num in anteriori facie cum ipſis libertorum
„nominibus, an vero in utroque latere lapidis. Sed haec minuta ſunt,
„quae tamen, niſi moleſtum eſt, ut me doceas, vehementer a te con-
„tendo. In ejus epiſtola ad Nic. Heinſium haec legimus. *Non ignoras quidem veterum temporum Romanam eruditionem Romae ex lapidibus majorem, quam ex quiritibus parari; mihi quidem rudera & ruinas aeternae Urbis curioſis oculis pervaganti hoc ſaxum in primis volvere, vetuſtos litteratorum lapidum titulos omni cura circumſpicere placuit. Credidi ſemper nihil ex tota antiquariorum ſupellectile majorem Romanis ſcriptoribus lucem inferre. Neque hactenus ſententiae, neque operae meae me poenitet, quod toto itinere in ſimilium monumentorum curam paullo diligentius incubuerim. Scilicet* ἐν παρόδῳ *veterum inſcriptionum* ἀνεκδότων *aliquot millia non absque delectu congeſſi, eodemque tempore Gruteri volumen infinitis locis aut mutilis, aut foediſſime corruptis* αὐτόπτης *emendabam. Neapolitana commoratio hac in parte meis collectionibus non parum profuit: aliquae tamen ex natali ſolo poetae tui, aliquid ex aliis angulis inſatiabili cupiditate contraximus. Capuae pluſculos dies eo nomine commorabar humanitate adjutus Camilli Peregrini amici tui, viri optimi & patriae antiquitatis peritiſſimi; ſed rerum mearum commemorationibus non debeo diutius te fatigare.* In ejus epiſtola ad Joann. Georg. Graevium haec legimus. *Holſtenii inſcriptiones libenter in aliud tempus differo: quia, niſi plures accedant, non operae pretium*

tium eruditis, ſed viro ſummo injuriam facere videor, quem cognovi in divulgandis ſuis ſuperſtitioſiſſimum eſſe. Rurſus in alteris litteris. *Inſcriptio haec Puteolana, cujus Reineſianam explicationem in ejus inſcriptionum ſyntagmate deſidero, petita eſt ex Capivacii hiſtoria Neapolitana:*

D. M.
M. VALERIVS. DEXTER. LIB
NEPTVNO. MANIPVLARIS
C. CALBISIVS. CEREALIS. IIII
DACI. COHERES

Sed velim praeterea libenter intelligere, an eo in ſyntagmate praeter illas e ſchedis Piccartinis & libris editis collectas multae ſint inſcriptiones antea nunquam editae, ex quibus ſi nobiliores aliquas in Germania praeſertim repertas tibi vacaret excerpere, qualicunque etiam ſucceſſu magnam a me gratiam inires, dummodo ne id incommodo tuo feceris. Item in tertiis litteris. *Inſcriptiones tam eleganter a te conſervatae valde mihi placuerunt: ſed quando reliquas habebimus?* Itemque in quartis litteris. *Inſcriptiones quatuor, quas poſtremis tuis addidiſti, voluptati mihi fuiſſe, grato animo libenter agnoſco, ſed omnino nova eſt earum prima luſciniae dicata, ab erudito homine noſtro aut ſuperiori ſaeculo ludicre conficta, nihil vetuſtae habens gravitatis, nihil ſuavitatis nativae, putidis verborum alluſiunculis ad nauſeam laſciviens, immo voculis quibuſdam & locutionibus ex antiquitate nimis imprudenter affectatis ſtatim turpiter ſe prodens, quales in Italia recenti manu marmoribus inciſas plures vidimus. Hoc quamvis ita ſe habere te rerum antiquarum acerrimum cognitorem minime fugiat, plene tamen conſtat officii tui ratio, eoque nomine nihilo minus tibi debeo; atque utinam reliquas omnes, quas domi habes, aut aliunde nullo negotio potes eruere, illam in primis, quam magnopere deſideramus, Herodis Attici Latinam, nobiſcum velles primo quoque tempore communicare! Sed de his rebus alias accuratius.* Et item in quintis litteris. *De duabus, quibus me haud minus beaſti, in agro veſtro quondam repertis inſcriptionibus plurimum te amo: vix credas, quam mihi gratae atque acceptae fuerint, quum meam quandam annis abhinc quatuordecim, quod praefiſcine dixerim, diligenter & caute excogitatam interpretationem obſcuriſſimarum aliquot inſcriptionum luculenter tueantur & confirment. Mihi curae erit, ut eo nomine quantum tibi debeamus, propediem omnes intelligant, qui aliquo reconditarum antiquitatum ſtudio tenentur. Sponii novam ejuſmodi monumentorum* συλλογὴν *nondum hic locorum vidimus. Reineſiani ſyntagmatis prima claſſis deorum dearumque exhibens titulos ſingulari beneficio Cl. Carpzovii ſuperioribus diebus tandem ad nos pervenit. Hanc dum anno amplius exſpecto, quod eam ſub prelo eſſe ſcirem, Gruteri corpus Reineſianum tantiſper magno cum dolore meo detinui: cupiebam enim, ne actum agerem, antea experiri, num inſcriptiones, quas paſſim ad Gruteri marginem Reineſius adſcripſerat, in ejus ſyntagmate Lipſienſi*

fide-

fideliter omnes exhiberentur : nunc poſtquam earum in prima hac claſſe ne minimam quidem omiſſam video, de ceteris inde conjecturam capiens mihi nihil aeque in votis eſſe ſcito, quam ut primo quoque tempore optima fide, de qua non eſt quod ambigas, tuto ad locum ſuum referatur. Interea dum ejus rei in dies occaſionem certam captamus, illuſtri Seckendorffio moram hanc omnem perquam officioſis & diligentibus verbis excuſandam curavimus. In ejus epiſtola ad Aeg. Menagium haec legimus. *Nonus* [Plato] *in inſcriptione veteri apud Gruterum.*

M. ELPIDIVS. PAMPHILVS
PLATONI. TATAE. SVO
BENE. MERENTI. FECIT

Epigrammatum autem haec, de qua hactenus anquiſivi & expoſui, συναγωγὴ iterum ac ſaepius comparet in Gudianis praeſtabilibus illis adnotationibus ad Phaedrum; quas nunc itidem, ut per hos annos alia ſuper alia de meliore nota, ab illo eodem Burmanno, editione repetita, docti ſe gratulantur adeptos; ubi videre licet hujus συναγωγῆς veſtigia. Quid vetat etiam excerpere ex litteris ad Gudium ab hominibus eruditis undique miſſis, eademque opera, qua Gudii litterae, in lucem prolatis, ſi quid inſit ad epigrammaticam rem? illud quoque ſit hujus inſtitutae praefationis. Ita ſcriptum eſt in quadam epiſtola Th. Reineſii ad Gudium verbis his.

„In lapide Auguſtano ſive DUILLIUS, ſive BELLIUS recipiatur, „habendum eſt in promiſcuo. Eſt enim ejuſdem gentis nomen utrum„que: tertium ſimiliter VILLIUS: & fortaſſe quartum quoque BEL„LIUS; & quintum PELLIUS (niſi hic eſt Opellius) ſic enim va„riant lapides. Mihi placuit Duillium reponere, quod cognomen Si„lani in libris & faſtis toties huic impoſitum legam, nuſquam Billio; „eoque exiſtimo, praeſente urſa non eſſe quaerenda ejus veſtigia, re„linquamus hoc περιέργοις. Τὸ BILLIUS autem facilius ex appoſita pictu„ra deduci, ut ſcribis, ego quidem non intelligo; unde τὸ B exſculpi „poſſit, viderint oculatiores. Et meorum igitur nihil dum muto. Ne„que adcredo Merulae ad Enn. p. 60, qui in Ciceronis Cluentiana Bin„nium reformat in Billium, quod Binnii apud Rom. nuſquam noti. „Immo vero ſunt; audimus enim Bennios, Pinnios, Vennios, Ve„nios, eandem familiam. Quod de inſcriptione Albae Juliae, in Dacia „puto, reperta ſcribis, obſcurum eſt; ſignifica, quaenam ea ſit, & de „quo. Dacicas e ſchedis Monavianis habeo quam plures. Ita ſcriptum eſt in quadam epiſtola ejuſdem ad eundem verbis his. „Mihi „iſta de perceptione taurobolii crioboliive & tauroboliatis, cujus rei „mentio apud Firmicum eſt & inſcriptiones, interpretari placuit, ut in-

„intelliges e commentariolo ad inſcriptionem de Attide Menotyran-
„no, qui Mithras eſt: tu, poſtquam legeris, ad me redire facias. Cap.
„2. § 9. refert vir Cl. inſcriptionem Fanenſem ſeu Arim. p. CLXV. 2.
„ad Conſtantini M. tempora. Scio ſic adnotaſſe editores in margine
„circa Conſtantini M. tempora vixiſſe iſtum L. Turcium Sec. Aſterium;
„ſed falſi ſunt. Apronianus enim praefectus Urbi fuit poſt obitum
„Conſtantini M. A° Chr. 339. Filius autem L. Turcius Sec. Aſter.
„Valente v. & Valentiniano A A. Coſſ. fuit, teſte inſcriptio-
„ne 3 pag. CXCII. Circa iſtos Turcios multi ſcrupi ſunt, in quos in-
„cidiſſe viros doctos video, Panvinium in primis; conſtititque mi-
„hi multarum horarum meditatu, dum iſtos ex hiſtoricis & ſaxis
„conquiſitos digerere, & exacte quemque agnoſcere poſſem. Tu
„ſaltem in hanc rem adi inſcr. CCCCLXXVI. 7. DCXLVII. 6 & 7.
„MLXXIX. 1. Ammianum & Cod. Theod. Errant etiam in Apronia-
„no. Quod eod. cap. § 14 lego Elogium DIVI mortuis tantum dari
„ſolebat, e Tacito 15 ann. 44 depromptum eſt. Contra autem venire
„videtur inſcriptio apud Gruterum p. CXIII. 4, quae Titum Veſpas.
„etiamnum vivum ſic appellat. Oppoſiturus etiam nonam p. CLIII &
„9 p. CCXXVI, ecquid σοφὲ ϕαρμάκε elicies? & infra. Incepi ante paucos
„dies digerere amoebaeas meas ad Hofmannum & Rupertum profeſſo-
„res Noricos, pro iis ſi typographum reperire poſſes, gratum id foret.
„Sunt in iis praeterquam argumenti medici pleraque hiſtoriam & in-
„ſcriptiones illuſtrantia; propria, ſi voles, videre poteris. & infra. Com-
„mentariolum ad inſcriptionem, quem promiſi Var. lect. 1 p. 87, &
„quem a Jönſenio requiſitum memini, habebis prima occaſione. Ita
ſcriptum eſt in quadam epiſtola ejuſdem ad eundem verbis his. „Ac-
„cipis hac vice particulam epiſtolarum mearum, de quibus dicebam, &
„dein alias Rupertinas, itemque reliqua commentarii ad inſcriptionem
„de Probinis. Obſervabis in iſtis pagellis ea, quibus littera a & b prae-
„notata eſt, pertinere ad praecedentem de Clodiis; ſi quod in iis oc-
„currat παράγραμμα, vapulet ideo librarius: neque enim contuli ad meum
„ἰδιόγραφον. Exſpecto autem, ut ad me redeant. Ad inſcriptionem Da-
„cicam mittam omnia, quamprimum deſcripta habuero: ſin id mi-
„nus, indicabo tamen breviter, quid de ea habendum ſit; pro quo la-
„bore Scaligerum mihi acturum gratias eſſe ſcio, ſi viveret, homini
„Germano, quod genus non aeſtimant adeo, ut exteri, ita Belgae non-
„nulli φορτικώτεροι. Expedivi enim virum illuſtrem negotio minimo ma-
„ximo aeſtu. Ita ſcriptum eſt in quadam epiſtola Fr. Mar. Ceffini ad
Gudium verbis his. „Optarem grates referre, verum quum eas nec

„tua

„tua expetat liberalitas, neque mea referre potuit tenuitas; earum vice „mitto ad te inſcriptiones, quas cupiebas, mutilas quidem & obſcu„ratas, at qua potui majori diligentia pluribus in locis a me expletas. „Meum eſt, quod purpureis caracteribus eſt inſcriptum; tu temerita„tem excuſa, & boni conſule hunc qualemcumque laborem. Ita ſcriptum eſt in quadem epiſtola Joann. Georg. Graevii ad Gudium verbis his. „Habes hic etiam duas inſcriptiones, quas Smetius Noviomagen„ſis mecum communicavit, quasque in agro noſtro ſuburbano Wil„tenburgenſi inventas olim eſſe narravit. Illas, quae Neomagi in cu„ria viſuntur, credo te jamdudum in tua conjeciſſe adverſaria. Sin „minus, & eas videbis quamprimum. Latinam de Herode Attico non„dum mihi Rulaeus, ut pollicitus olim erat, miſit, teſtatus, ſe fratris „ſchedas excuſſiſſe fruſtra, & multum temporis in illa quaerenda per„didiſſe, fide data, ſimul ac in manus inciderit, ſe nobis eam miſſurum. „Nec eſt ut de fide & candore probi hominis dubitemus. Hiſce die„bus me hic ſalutavit Norimbergenſis doctoris Arnoldi filius, qui nar„rabat erutum fuiſſe nuperius Auguſtae Vindelicorum ſepulcralem ti„tulum, in quo commemoretur Mercurius Cenſualis, qui valde inge„nia Germaniae ſuperioris exercuerit. Recepit ſe curaturum, ut i„ſtam inſcriptionem brevi habeam. Reineſiana σύνταξις jam fervet ſub „prelis Lipſienſibus. Gruterianum corpus, cujus uſuram nobis indul„ſit Seckendorffius, fac, quaeſo, ut quamprimum referatur Lipſiam „ad fratrem meum. Nam plurimis litteris jam id a me flagitarunt fi„dem meam accuſantes. Sponius Lugduni in Galliis, cujus itinera„rium pulcherrimum credo te vidiſſe dudum, magnum quoque inſcri„ptionum volumen prelis commiſit, ut nuper ex Huetii litteris intel„lexi. Tuarum deſiderio quam diu torquebimur? Vide, ne multas „tibi praeripiat Sponius. Si corpus ipſum nondum emittere decreſti, vel „guſtum illum, quem ante biennium promittebas, ac Phaedrum tuum „ubi ad nos miſeris, ut nitidis Amſterodamenſium typis mandentur, „illico in nos recipimus. & infra.

I.

DIS. AVIBVS
LVSCINIAE. PHILVMENAE. EX. AVIARIO. DOMITIOR
SELECTAE. VERSICOLORI. PVLCERRIMAE. CANTRICI
SVAVISS. OMNIBVS. GRATIIS. AD. DIGITVM. PIPILANTI
IN. POCVLO. MYRRINO. CAPVT. ABLVENTI
INFELICITER. SVMMERSAE. HEV. MISELLA
AVICVLA. HINC. INDE. VOLITABAS. TOTA

GARRVLA.

GARRVLA. TOTA. FESTIVA. LATITAS. MODO
INTER. PVLLA. LEPTYNIS. LOCVLAMENTA
IMPLVMIS. FRIGIDVLA. DELICIAE. SVAE
QVAM. IN. SINV. PASTILLIS. ALEBAT
IN. PROPRIO. CVBICVLO. ALVMNAE. KARISS
LACRVMANS. POS
HAVE. AVIS. IOCVNDISSIMA. QVAE. MIHI. VOLANS
OBVIA. BLANDA. PERSONANS. ROSTELLO. SALVE
TOTIES. CECINISTI. CAVE. AVIS. AVIA. AVERNA
VALE. ET. VOLA. PER. ELISIVM
IN. CAVEA. PICTA. SALTANS. QVAE. DVLCE. CANEBAT
MVTA. TENEBROSA. NVNC. IACET. IN. CAVEA

2.

SYLVANE. SACRA. SEMICLVSE. FRAXINO
ET. HVIVS. ALTI. SVMME. CVSTOS. HORTVLI
TIBI. HASCE. GRATES. DEDICAMVS. MVSICAS
QVOD. NOS. PER. ARVA. PERQVE. MONTES. ALPICOS
TVIQVE. LVCI. SVAVEOLENTIS. HOSPITES
DVM. IVS. GVBERNO. REMQVE. FVNGOR. CAESARVM
TVO. FAVORE. PROPERANI. SOSPITAS f. prosperante.
TV. ME. MEOSQVE. REDVCES. ROMAM. SISTITO
DAQVE. ITALA. RVRA. TE. COLAMVS. PRAESIDE
EGO. IAM. DICABO. MILLE. MAGNAS. ARBORES
T. POMPONII. VICTORIS. PROC
AVGVSTO. T

3.

LVCIVS. LVCILIVS
DEO. PENINO
OPTIMO
MAXIMO
DONVM. DEDIT

4.

IOVI. O. M
GENIO. LOCI
FORTVNAE
REDVCI
TERENTIVS. VARRO
DEDIC

„Has tres inſcriptiones in Pedemontano agro inventas mecum com-
„municavit amicus ex Italia ante annos aliquot redux. Ita ſcriptum eſt
in quadam epiſtola ejuſdem ad eundem verbis his. „Nunc in anteceſ-
„ſum tibi ſignifico, prodiiſſe Sponii, cujus egregium, credo, vidiſti
„itinerarium, ſpecimen ſelectarum inſcriptionum, quod nondum vi-
„di. Sed vidi hiſce diebus Genevam ejus, in qua & ipſa nonnullae
„ineditae habentur inſcriptiones, ſed plures in commentariolo, quem
„inſcripſit aras ignotorum deorum, qui modo ad nos pervenit, in quo
„narrat, ſe ter mille inſcriptiones collegiſſe, quas ſit publicaturus. Ve-
„reor, ne multas tibi praeripiat. Velim tuarum editionem maturari.

****

„Fac,

„Fac, ut de his otioſius poſſimus fabulari in eruditiſſimi principis [Ferdinandi Furſtenbergii] „aula. Frater meus ſcribit ſaepiſſime, ſibi „a Seckendorffio aurem velli de Reineſiano volumine. Nullus dubi„to, quin jam id a te Lipſiam remiſſum ſit, ne utriuſque noſtrum of„ficium accuſetur. Ita ſcriptum eſt in quadam epiſtola Wilh. Goeſii ad Gudium verbis his. „Quid autem vos tempore tam felici egeritis, „atque etiamnum agatis, ſcire unice deſidero; ſpeciatim etiam quo lo„co ſit Photii etymologicum, itemque quo inſcriptiones veteres, quo „Caeſar, quo alia, quorum editonem, dum hic eratis, moliebamini.

Sed, in his exſcribendis jam laſſula facta manu, cetera de genere hoc, quippe ſunt multa & prompta, praetereo ac relinquo ſciens. Ergo omnem, ut Graeci dicunt, lapidem movit Gudius rei, quam inchoaverat, plus pluſque in dies exaggerandae & collocupletandae cauſſa. Omnia omnium in Gudium bene & male dicta, namque ſtudiorum ſuorum obtrectatores habuit, longum eſt congerere: tamen facere non poſſum, quin ex Graevii praefationibus & epiſtolis, quae a Fabricio collectae ſunt & editae, depromam haec; nimirum ex praefatione Heſiodi. *Expoſitionem Procli inſignis illius philoſophi Platonici manu exaratam mecum communicavit clariſſimus & elegantiſſimus vir Marquardus Gudius, cui & hoc plurimiſque nominibus aliis ſum devinctus.* ex praefatione Flori. *Quum operae pretium me capere ſentirem, animus ferebat notarum non nihil calci ſubjicere, quae ſub manus creverunt in dies magis magiſque, praeſertim quum accederent excerpta trium regiae Pariſienſis bibliothecae codicum, quos compoſuerat olim cum vulgatis exemplaribus vir eximius Samuel Sciaſſius* ὁ νῦν ἐν μακαρίοις, *quae mecum communicavit vir dignitate, ingenio & doctrina recondita in primis hujus ſaeculi conſpicuus Marquardus Gudius ſereniſſimo Cimbrorum principi a conſiliis, mihique longo multorum annorum uſu conjunctiſſimus.* ex praefatione quinti voluminis antiquitatum Romanarum. *Sed aſſentior ego Marquardo Gudio, qui olim cenſebat hanc inſcriptionem eſſe confictam ab impoſtore, quia ſuſpectam eam reddat primo locus ipſe, ubi reperta dicitur, Maronis nimirum vicus natalis; dein nomen illud P. Vergilii P. filii, quod idem eſt nomen Maronis; tum omiſſio cognominis contra receptam in veteribus monumentis conſuetudinem: cognomen Maronis autem ideo addere non eſſe auſos, ne ſtatim fraus perluceret, id tamen voluiſſe ſubaudiri, qui tum commenti ſunt.* et infra. *Et in inſcriptione inedita ex iis, quas collegit vir excellens ingenio, doctrina & dignitate, mihique, quum ſupereſſet, per omnem aetatem conjunctiſſimus, Marquardus Gudius.*

D. M
C. STIMINIVS
HERACLA

SOR-

SORTILEGVS
AB. VENERE
ERVCINA. ET
IVLIA
PARENTES
MERCVRIALI
F. PIENTISS
FECERVNT
VIX. ANN. XII
M. II. D. II

Cetera mitto excerpere. Habes de Gudio; cognoſce de Koolio. Joannes igitur Koolius ortu Trajectinus adoleſcens, paene potius puer eximia ſpe praeclarae eruditionis atque doctrinae, antea quam honoribus operam daret, in ſuavitate humanitatis, qua magnopere delectabatur, & in juris ſtudio, a quo non abhorrebat, verſari cum multa laude ſolitus eſt. Indicant quum orationes in Academia Trajectenſi habitae, una de diſcrimine inter doctum & indoctum, altera de artibus, quibus Auguſtus callide rempub. R. invaſit; tum diſputationes, quarum una Lugdunenſis eſt de templis antiquorum, altera Trajectenſis ad legem Ateriam Tarpejam de multis, quam inſtituit more majorum doctor utriuſque juris renuntiandus. Nec vero Koolius in ſenatum urbis Amorfortiae & inter ſcabinos allectus, poſtea quam aſcendit ad honores, & rempub. capeſſivit, ut fere fit in procuratione civitatis atque in amplificatione dignitatis & gloriae intermiſit ſtudia litterarum; ſed, quoad vita ſuppeditavit, poſteritati ſerviens operis ſubſecivis habuit opus Gudianum in manibus, quod ipſi unum in amore atque in deliciis fuit. Hic adnotabat excerpebatque: hic ſuo quaeque loco diſponebat: hic quaedam ex Etruſco in Latinum convertebat atque interpretabatur: hic commentans ſimul in memoriam redibat, quae non ita multis ante annis ſpectaſſet; comite peregrinationum Luc. Voorſtio, quo conſulari nunc Vetus gloriatur Trajectum: hic inter monumenta reverendae vetuſtatis, quibus oculos paſcere ſolitus erat, modo ſe Romae, modo ſiſtebat Tuſculi, modo Tibure, tum alibi atque alibi: hic ſatiari delectatione non poterat: hic vivebat pertaeſus hujus ſaeculi ineptias, liberque laborum & ſollicitudinum, quas habet ambitio honorumque contentio: hic vivit etiam nunc quoque, vivetque ſemper non obliviſcendus poſteris. Sed haec hactenus. Illud opus quemadmodum in Graevii manus inciderit, quid attinet dicere? nec, ſi me, ſeu potius Horatium audias, ſcire fas eſt omnia. Graevio autem delegante, curam ordinandarum inſcriptionum ſuſcepit auditor illius Koolius: qui eas omnes ad unam,

quod

quod ſciam, capitibus diſtinctas & ſerie rerum digeſtas, ut dico, compoſuit; &, quoad ejus facere potuerit, ad Gruterianam rationem accommodavit. Utriſque ſuperſtitibus, manus extrema vellem acceſſiſſet operi: ſed morte praeventis non ſine magno communium litterarum & politioris humanitatis detrimento, Friſiorum ordinum typographus Halma de Kooliana auctione hic demum emit pacificationis tempore quidquid hoc inſcriptionum & qualecunque: quod ut curarem, rogatus ſum. Praefiſcine, quam non ſim noſtri temporis Soſiis emancipatus, dicent qui me noverint: tamen, ſi occaſio tulerit, non ſum adeo faſtidioſus, ut eo graver, quod ſit ex uſu jam jamque in manibus eſſe. C. quidem Plinio in quadam epiſtola pulchrum in primis videtur non pati occidere, quibus aeternitas debeatur; aliorumque famam cum ſua extendere. Deinceps procedente tempore, quum aliud ex alio impediret libri hujus editionem, paullum afuit, quin renuntiarem conditioni. Ecce non multo ante obitum Halma hunc librum prelo ſubjecit; & ſe correcturum recepit, quoniam intervallo locorum diſjuncti eramus, nec quotidie poterant reſpondere tempori tabellarii. Bene hoc operis proceſſit: parum etiam, praeut quo pacto ſcripta ſolent his temporibus tam eruditis ſcilicet foras dari, quod ad correctorem & typographicas operas attinet, titubatum eſt, quantum quidem ego perſpicere potuerim. Sed quis, tamenetſi oculos eruditos habet, in mendis uſquequaque tollendis tam cernit acutum, quam ut nihil praetermittat? Ceterum indicibus inſcriptionum partim Gudii, partim Koolii labore adfectis, &, verum ut loquar, paene mea unius opera confectis utere, ſis, mecum, quisquis es cognoſcendae vetuſtatis avidus. Quid ego, quantum in iis exhauriendum laboris fuerit, praedicem; nemine non doctorum credente Scaligero de re pari ad Grutерum ſcribenti, ut Herculis quendam laborem exanclatum iri. Quod reliquum eſt, viderint epigrammatum penſitatores ſubtiliſſimi, Pyrrhine Ligorii illa habeantur falſo ſuſpecta. Abſit, ut velim litem meam facere: quippe quum ea, quae magis ad me pertinent, & neſcire mihi nefas eſt, libentius agitem. Haec in aliquot ad ſuum ſtudium librorum enumeratione adnotanda eſſe iccirco exiſtimavit Koolius, ut ne quid huc praejudicati adferretur: *L. Begeri ſpicilegium antiquitatis, in quo exhibet varias inſcriptiones, quas excerpſit ex autographo Stephani Winandi Pighii, quod inter manuſcripta bibliothecae electoralis Brandenburgicae aſſervatur; in quo MS. ait eſſe plurima jam vulgata, pauca hactenus inedita, quaedam a vulgatis diverſa. Notanda autem pag.* 90. *inſcr.* XVI. *ubi Begerus ſcribit, Pighium aſſerere ſe ipſum iſtud monumentum cum Pyrrho vidiſſe. Pyrrhus iſte procul dubio eſt Pyrrhus Ligo-*

Ligorius, ex quo plurimas inſcriptiones habet Gudius; quem Fabrettus in ſyntagmate inſcriptionum ſuppoſititium auctorem vocat: quod falſum eſſe ex hac adnotatione Pighii liquet. Hiſce accedit Franciſci Patricii de Pyrrho Ligorio teſtimonium, quod V. in re militari R. parte V. *ſectione* 5. *Suareſius in Praeneſte antiqua* I. 14. *Gruter.* XXVI. 4. Haec autem de Ligorianis σχολίοις, inchoata praefatione quadam, monenda Koolio viſa ſunt. *Vidit*, inquit, *& deſcripſit Gudius ex Pyrrhi Ligorii libro ingentem multitudinem inſcriptionum. Pyrrhi Ligorii librum vidiſſe Gudium inde mihi conſtat, quod deprehenderim Reineſium ſubinde adferre inſcriptiones eaſdem cum Gudianis, quas Reineſius dicit ſe accepiſſe ab excellentiſſimo Spanhemio, qui eas ex commentariis Pyrrhi Ligorii deſcripſerat. Sed notandum in Reineſio ſemper neglectam eſſe breviorem illam inſcriptionis explicationem, quam Pyrrhus Ligorius inſcriptioni adjecerat: quod inde conficio, quod reperiam inſcriptiones, quibus addidit Ligorius explicationem, Gudius vero aliquid iis addere cupiens, dicat ſolemni in hac re formula; Haec Ligorius. Iſtae autem Ligorii explicationes omnes Italica lingua hodierna ſunt conceptae, cujus quum non plane ignarus ſum, eas in Latinum ſermonem tranſtuli. De eo monendus omnino es, lector, ne vel Gudio vel mihi errores tribuas, quos forte in iſtis offendes.* Reliqua Koolianae praefationis capita de inſcriptionibus, quas Camillus Peregrinus ad Gudium miſerat, parum claris; & de calcis coctoribus urbis Romae plurima & antiquiſſima opera demolitis; praetermittenda eſſe non puto. *Verum*, inquit, *Camilli Peregrini dum meminit Gudius, ſilere nequeo, in omni inſcriptionum opere nullas me reperiſſe inſcriptiones aeque prave deſcriptas, ac illas Camilli Peregrini; quem eodem anno, quo Heinſium, ut in epiſtola Gudii ad eum videre eſt, certiorem faciebat congeſti inſcriptionum theſauri, ad Gudium inſcriptiones miſiſſe ex ipſius Camilli Peregrini litteris ad Gudium datis diſcimus. Qua autem ratione acciderit, ut tam corrupte deſcriptae fuerint illae inſcriptiones, quas a Camillo Peregrino acceperat Gudius, haud facile dixerim. Certe in earum veram lectionem Gudium voluiſſe inquirere hinc conjicio, quod eas non in ſuum volumen tranſcripſerat, ſed in ſchedis ſeparatis ſervaverat. Quare in iis emendanda duxi ea, quae corrupta eſſe vel tironi patebat; in reliqua, quae deſperatae lectionis putabam, fidem ſchedarum ſecutus ſum. Non injuſte autem me conqueri de corrupta lectione inſcriptionum Camilli Peregrini teſtis mihi erit ipſe Gudius, qui litteris Romae datis ad Camillum Peregrinum, quibus gratias agit pro munere inſcriptionum, ejuſdem opem implorat in detegenda vera lectione aliquot inſcriptionum, quas miſerat. Verum Camillum Peregrinum nihil praeſtitiſſe inde patet, quod in inſcriptionibus, circa quas laborabat Gudius, nihil mutatum correctumve reperiam. Conferat, cui volupe erit, iſtas inſcriptiones cum epiſtola Gudiana ordine quarta.* Poſt deinde haec ibidem addit Koolius: „Semper mihi perſuadere volui Ro„manae urbis incolas ab omni tempore tam ſtudioſos fuiſſe monumen„torum antiquorum colligendorum & conſervandorum, ut fere in-

„credibile videretur tantam inſcriptionum ineditarum ſegetem poſt „Gruterum, Reineſium & Fabrettum colligi potuiſſe. Sed hanc ego „opinionem abjeci, quum Pyrrhus Ligorius non uno loco conquera„tur Romanos ſui temporis monumentis antiquis uſos, ut calcem in„de coquerent. Et ſi forte Ligorii teſtimonium ſubleſtae ſit fidei, opor„tune aliud elegantiſſimum occurrit, quod nobis ſervavit doctiſſimus „Mabillonius in itinere Italico pag. 97. ubi narrat ſe primum menſis „octobris diem impendiſſe luſtrandis variis Urbis bibliothecis, & in „codice reginae epigrammata Silvii Picolominei revolventi unum ſibi „occurriſſe ad Bartholomaeum Rovellam, in quo de Romanis conque„ritur, quod ex vetuſtis monumentis & marmoribus calcem confla„rent: cujus verba adſcribere non poenitebit.

Oblectat me, Roma, tuas ſpectare ruinas,
Ex cujus lapſu gloria priſca patet.
Sed tuus hic populus, muris defoſſa vetuſtis,
Calcis in obſequium marmora dura coquit.
Impia ter centum ſi ſic gens egeris annos,
Nullum hic indicium nobilitatis erit.

„Notat praeterea egregius Mabillonius eandem querelam fuiſſe Pog„gii, qui inſigne illud amphitheatrum Veſpaſiani opus Coliſaeum vul„go appellatum majori ex parte ad calcem deletum fuiſſe aſſerit. Idem „refert de porticu aedis Concordiae, quam quum primum, inquit, „(verba ſunt Poggii ex Mabillonio) ad Urbem acceſſi, vidi ferme inte„gram opere marmoreo admodum ſpecioſo. Romani poſtmodum ad „calcem aedem totam & porticus partem, disjectis columnis, ſunt „demoliti. Addit tandem Mabillonius nullam majorem ruinam paſſam „eſſe Romam quam in ſeceſſu pontificum Avenione; quo tempore cui„que in vetera quaeque aedificia impune graſſari licebat. Haec vero etiam pars autographae cujuſdam epiſtolae Kolii, quam, puto, ad Theodorum Janſonium ab Almeloveeno amicum noſtrum dedit, certe non poteſt praeteriri. „Quo, inquit, pretio habendus ſit labor eorum, qui „omnem induſtriam ac diligentiam in eo ponunt, ut vetera & huc u„ſque incognita venerandae antiquitatis monumenta in lucem protra„hant, ac omnium oculis exponant, hi demum recte norunt, quibus „hae deliciae cordi ſunt, eaſque vere amant & venerantur: quorum „numero dudum te adſcripſit ſingularis illa tua ac indefeſſa in monu„mentis litterariis conquirendis ac illuſtrandis induſtria. Paſcor adhuc „jucundiſſima recordatione illius temporis, quod nuper apud te poſui,

„quo

„quo Musas Harderovicenas salutans te insalutatum praeterire religio „mihi fuisset: nihil enim te suavius ac jucundius, nihil te apertius. „Quare non dubitavi meum consilium tibi aperire, ac quid mente vol„verem declarare. Feci id, fateor, coram; sed quo citius exsequerer, „quod coram me facturum declaraveram, auctor tuisti primus. Qua„propter tua quum apud me auctoritas gravissima esse debet, non du„bitavi hisce litteris te adire, tibique primitias meorum in hoc studio„rum genere laborum offerre; partim ut auctoritati parerem tuae, par„tim ut omnes hujus studii aequos aestimatores certiores facerem, quid „a me praestitum sit, atque exspectari possit. Verum ut rem ab ipsa „origine cognoscas, altius non nihil res omnis est repetenda. Magnus „Graevius, Hercules ille Musagetes, dum in vivis esset, nobis ami„cissimus, cujus memoria nobis totique orbi litterato cara & accepta, „quum in animum induxisset immortale opus inscriptionum a Grutero „collectum in hisce terris iterum prelo committere, litteris quam aman„tissime scriptis me invitat Trajectum excurram, declarans se mecum „velle agere de edendis magnis voluminibus. Tam honestae invitationi „pareo, & Trajectum advolo, ac in aedibus Graevianis indefessum at„que accuratissimum typographum Halmam invenio. Ubi quum vir ma„ximus coram nobis remotis arbitris consilium de edendo Grutero ape„ruisset, subjicit apud se quoque servari insignem collectionem inscri„ptionum, quas nobilissimus & doctissimus Gudius in peregrinatio„nibus collegerat; hae ut lucem adspiciant, se vehementer desiderare; „verum corpus Gruterianum aliasque occupationes bene multas non „pati sese supereresse & Gruterianis & Gudianis inscriptionibus; quapro„pter si in me suscipere vellem curam digerendi Gudianas, se quoque „fidem daturum * Reliqua autem pars deficit, ut vides; forsitan per Henricum a Sypesteyno curatorem sacrorum publicorum in paroecia Doornensis ecclesiae, virum bene litteratum, explenda, doctis chartis, quae sunt manu scriptae, ei legatis ex testamento Jansonii amicissimi sui. Opus mihi est istuc quamprimum exquisito. Praeterea, quod paene praeterii hac praelocutione, tametsi est ita notum, ut non possim praeterire, Koolius Dan. Eremitae opuscula plena prudentium consiliorum, nec inania politioris elegantiae, ad Graevium suum ab Ant. Magliabecchio, qui isthaec voluit divulgari, ex Florentia detulit. Verba sunt Graevii ex praefatione editionis. *Is autem ad me illas misit per eximium virum Joannem Koolium, quum ex peregrinatione Italica cum comite suo praestantissimo Luca Voorstio rediret ad nos, qui nunc senatorum & judicum Amersfortensium numero est adscriptus, & non minore cura & assiduitate litterariae, quam publi-*

publicae rei commodis invigilat. Atque hoc loco non poteſt non familiaris noſtri Relandi epithalamium in nuptias Joannis Koolii & Eliſabethae Loteniae, quae poſt exceſſum mariti Cornelio Havarto centurioni legionis Pallanteae ſub generalium ordinum foederatarum civitatium ſeptem imperio merenti ſe junxit nuptiis ſecundis, laudari; unde illa ad id, quod jamdudum tracto, directius ſpectantia:

Te ſubducta ſuis paſcant monumenta ruinis,
Vindicet & totum Martia Roma ſibi.
Ecce Cupidineas media inter ſaxa favillas
Colligis, & tenero tactus ab igne cales.

Utinam mihi hoc prooemio totum illud nuptiale carmen inferere liceret per hujus ſaeculi inficeti & averſi a Muſis inſolens poeticae & carminum faſtidium: neque enim eſt indignum legi. Jam vero & omnes, quot ſunt, ſchedas Koolianarum obſervationum epigrammaticae rei excuſſi; & eas antea confuſas, nuper in ordinem redactas ſeparatius ad finem, quo item librariorum menda relata ſunt, adjunxi enixo ſtudio, ut ſchedula ne qua deperiret. Praeter ceteras acceſſiones, de quibus dicetur idoneo loco, (nam mihi auctarium in promptu ſitum eſt) acceſſerint etiam primo capiti de diis dedicatis Joannis Cornelii Pauwii impenſe docti atque eruditi apud ſanctum Joannem Baptiſtam Trajectenſem canonici conjectanea. Adhuc ſuperſunt mihi non pauca, quae poſſim praefari; ſed incidam oportet ad commemorandum minus neceſſaria: namque id reor etiam in praefatione eſſe utile & conducibile, ut ne quid nimium longum ſit. Alioquin, ſi animo morem gererem, quantis ego laudibus Gudium, quantis Graevium, quantis Koolium collaudarem! egregias animas, quibus haec antiquitatis monumenta collegiſſe, ab interituque vindicaſſe, & hodie eſt & ſemper erit magnae gloriae; quaeque mihi occaſionem atque cauſſam hoc praeloquendi dederunt. Hos quidem utique verſiculos, lector amice, ſi accommodandos eſſe quodam modo putabis ad ea, quae ſunt a me dicta, pace loquar Martialis, cujus ſunt, habeto.

Marmora Meſſallae findit caprificus, & audax
Dimidios Criſpi mulio ridet equos.
At chartis nec furta nocent, nec ſaecula praeſunt;
Solaque non norunt haec monumenta mori.

Itaque operi magno & multorum annorum, inchoato olim a Gudio, deinde a Koolio propemodum abſoluto, nunc denique tamquam faſtigium per me eſſe impoſitum vides. Hoc bene ſit. Pridie kalendas Maias Trajecto.

PRAEFA-

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Praefationi hoc ſubjungi poteſt. Namque

Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.

Joannis Frederici Gronovii & Nicolai Heinſii epiſtolarum a Petro Burmanno nuper facta eſt collectio. Ibi Heinſius epiſtola CCXIIII. „ Inſcriptionibus iſtis quod „ acceſſionem a Voſſio ſperat ſe impetraturum Langermanni opera Rei„ neſius, utinam fruſtra non ſit. Tam enim familiares Voſſium ac „ Langermannum non puto. Vos videritis. Quas habet amicus ille „ noſter, ex ſchedis Holſtenianis, quibus & ego uſus, potiſſimum, „ niſi fallor, collectae ſunt inſcriptiones. Excerpſerat iſtas maximam „ partem ex tribus quatuorve tomis operis immenſi Holſtenius, quo „ Pyrrhus Ligorius omnem antiquitatem ex marmoribus antiquis illu„ ſtrare aggreſſus erat. Tomi iſti in Farneſiana Romae bibliotheca ſer„ vantur. Autographum in Taurinenſi exſtat, & quidem integrum, „ triginta circiter voluminum opus. Ex eo Caſſianus Puteus vir no„ biliſſimus, & ad promovendas litteras natus, deſcribi nuper mihi „ diſſertationem curavit de re veterum navali, cum Scheffero Upſa„ lienſi profeſſore communicandam; qui ejus argumenti commenta„ rium molitur. Curavit idem Puteus ex eo opere excerpi inſcriptio„ nes omnes hactenus ineditas, quae nunc penes Holſtenium ſunt, „ ut ejus cura prodeant, certe corrigantur. Plurimas collegerat Joh. „ Baptiſta Donius noſter, ut noſti. Eas apud illum, dum viveret, „ non ſemel vidi. Nunc apud heredes ſervantur Florentiae. Plurimas „ etiam Gruterus, quae ad Sixtinum poſtea pervenerunt. Sixtini „ ſchedas magna ex parte vindicavit ſibi per Iunium Voſſius. An inter „ illas compareant inſcriptiones, brevi ſciam. Meas cum ſcriniis in „ Suecia reliqui. *Iſaaci Voſſii & Nicolai Heinſii epiſtolarum ab eodem Burmanno quoque facta eſt collectio. Ubi Voſſius epiſtola* XVIII. „ Bene vero actum, „ quod Datio auctor fuerit, ut inſcriptiones Donii quamprimum in „ lucem protruderet. Quod ſi poſſis efficere, ut auctaria illa Holſte„ niana una excudantur, multum ſane effeceris. Pyrrhi Lighorii nomen „ mihi notiſſimum eſt, ſcriptaque ejus nonnulla habeo. Tomos illos „ inſcriptionum, qui in bibliotheca Farneſiana exſtant, ſaepius apud „ Holſtenium vidi, & ipſum maximam longe partem inſcriptionum

„ ſua-

„ſuarum iis debere, & ego olim animadverti. *& cetera. Rurſus epiſtola* LI. „Si Pariſiis videris Thevenotum, agas cum eo de libris Pyrrhi Lig- „horii vel deſcribendis, vel comparandis. Tranſmiſit ad me eorum „fragmentum de antiquitatibus Tiburtinis. *Videas adnotationem adpoſitam. Item epiſtola* XCVI. „Pyrrhi Ligorii opus jamdiu Lutetiam advectum „eſt, intra paucos, ut ſpero, dies huc mittetur, nempe ſimul atque „Pariſios reverſus fuerit Bidalius, qui hoc ipſo die paracta negotiatio- „ne ſua ſatis bene contentus hinc diſceſſit. *Ezechielis Spanhemii & Nicolai Heinſii epiſtolarum ab eodem Burmanno etiam facta eſt collectio. Ubi Spanhemius epiſtola* XVII. „Eodem ferme tempore, quo ille primus & ſolus [*De Valerio Chimentellio loquitur.*] „credit ſe honorem eum biſellii eruiſſe, video „Thomam Reineſium in ſcholiis ſuis ad Dalmaticum Petronii fragmen- „tum nonnulla ejuſdem argumenti adnotaſſe. Accepi illa non ita pri- „dem ab eruditiſſimo ſene pro ἀνιδώρῳ quinquaginta circiter inſcriptio- „num ineditarum, quas maximam partem e Ligorii ſchedis Romae „deſcripſeram. *& cetera. Haec ſunt in epiſtola Joannis Schefferi ad Nicolaum Heinſium, quae* I. *epiſtolarum a viris illuſtribus ſcriptarum eſt in tomo* V. „Indica- „tum mihi nuper eſt, te neſcio quae Pyrrhi Ligorii (niſi fallor) pro me „curaſſe exſcribi. *& cetera. Haec ſunt in epiſtola Heinſii ad Schefferum, quae* CXXVIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Interim cum Pyrrhi Ligorii Antiquita- „tes ineditae XXX. voluminum opus in bibliotheca reginae dicantur ex- „ſtare, facile puto impetrabis, uti triremium figurae ex antiquis mar- „moribus expreſſae, quae operi iſti complures inſeruntur, & quas „eques Puteanus olim tuos in uſus deſcribi curarat, quaeque poſtea in- „ter manus reginae, ut noſti, periere, denuo excerpantur inde com- „modis tuis inſerviturae. *Haec ſunt in epiſtola Nicolai Heinſii ad Thomam Reineſium, quae* CLXXVI. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Reliqua, quae magno nu- „mero deſcripſi, praeſertim ex libro XXXIV. Antiquitatum Roma- „narum Pyrrhi Ligorii, a Langermanno fortaſſis acceperis, cui itine- „ris hujus tum ſocio mea patebant omnia. Opus iſtud Ligorii, quod „in triginta fere diſtinctum volumina, marmoribuſque ac nummis „gemmiſque creberrimis ornatum, nec hactenus editum, Chriſtina „Borbonia Henrici Magni Galliarum regis filia, Sabaudorum ducis „mater, cum in ducali Taurinenſium ſervaretur bibliotheca, me con- „ciliante, munus ad reginam Chriſtinam miſit; ex quo opere aliquot „millia marmorum ineditorum depromi poſſent: quae collegit ipſe ex „parte operis trigeſimi quarti, & quae ad rem divinam ac religionem „potiſſimum ſunt referenda, numero haud pauca, ex Barberina, ſi „recordor ſatis, bibliotheca, in qua apographum ejus libri ſervaba-

„tur,

„tur, depromſi beneficio Lucae Holſtenii. Sed de his alias. *Haec ſunt in epiſtola Reineſii ad Heinſium, quae* CLXXVIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Fortaſſis jacturam, quam in tuis facere me in latis fuit, penſavit „Spanhemius: is Heidelberga hiſce diebus, quas e Ligorii voluminibus excerptas ſcribit, ad quadraginta miſit, inter quas quaedam ſunt „ἐπιτάφιοι. Cujus generis tuas illas fuiſſe mones. *Et infra.* „Marquardum Gudium Holſatum, cum quo aliquis uſus mihi ante hoc decennium, dum Ienae degeret, magnam inſcriptionum copiam ex „Italia adtuliſſe, & morari Hagae veſtrae narrari memini; eoque Graevio noſtro hoc dedi negotii, perſuaderet homini, ut vel publicaret „ipſe, vel meis ad editionem accinctis eas ſociaret: ſed nihil adhuc profeci; non dubito, tua auctoritate eum huc impelli poſſe; neque „certe tuae amantiſſimae mei voluntati diffido. *Haec ſunt in epiſtola Heinſii ad Reineſium, quae* CLXXXI. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Complures „inſcriptiones collegi ex libro XXXIV. Antiquitatum Pyrrhi Ligorii „inedito, quem cardinalis Franciſcus Barberinus poſſidebat; ſed „illae haud dubie jam ſint inſertae illi operi, quod cardinalis ipſe publico jam pridem parat. *Deinde infra.* „De Barberinis inſcriptionibus „quid ſperandum ſit, tunc certius te potero docere. De Aproniano „& penaces vocabulo, quae ſuggeſſiſti, habui longe gratiſſima. L. Turcii Aproniani Aſterii mentionem fieri video in veteri columna temporis Diocletiani, in Antiquitatibus ineditis Pyrrhi Ligorii: IMPP. „CAESS. VALERIO. DIOCLETIANO. ET. AVRELIO. VALERIO. MAXIMIANO. PIIS. FELICIB. „SEMPER. AVGG. ET. FLAVIO. VALERIO. CONSTANTIO. GALERIO. VAL. MAXIMIA „NO. . . . . ROM. CXCL. [CXCI. *Quae ſequitur, epiſtola Reineſii legatur.*] CV „RANTE. TVRCIO. APRONIANO. V. C. PRAEF. VRB. FIL. ASTERIO. CORR. FLAM. ET. „PICENI. *Deinde paullo infra.* Gudius ipſe magnam marmorum vetuſtorum copiam abs ſe in Italica peregrinatione collectam ad me jam pridem perſcripſit. Sed poſt reditum ad Belgas noſtros nil litterarum „ab illo accepi. Hortarer alioquin illum, ut tecum theſaurum iſtum „communicaret, quod nunc omnium optime per Graevium fiet. „*Haec ſunt in epiſtola Reineſii ad Heinſium, quae* CLXXXII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Gudius paucas quaſdam ſubmiſit, faciente amico, reliquas viſus „premere. Spes in Graevio mihi aliquas eſſe exprocaturum. *Haec ſunt in epiſtola Nicolai Heinſii ad Fredericum Benedictum Carpzovium, quae* CCXXXXII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Eram potiora longe ac ulteriora communicaturus, quae in Italia collegi olim, praeſertim e ſchedis Pyrrhi Ligorii „a Luca Holſtenio ſuppeditata, niſi morte praeventus magnus Reineſius nos id agentes deſtituiſſet. Fieri etiam potuit, ut aliunde ea ſit

„nactus

„nactus ſenex optimus. *& cetera. Haec ſunt in epiſtola Carpzovii ad Heinſium, quae* CCXXXXIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Alium eumque gravio„rem in ea commiſi errorem, dum Pyrrhi Ligorii, qui ſaeculo abhinc „vixit, benevolentiam praedicavi in juvando iſthoc inſtituto, cujus „tamen laus omnis tibi debebatur, qui e ſchedis Ligorii iſta ſuppedi„taſti *τῷ μακαρίτῃ.* Nempe de Ligorii aetate mihi non recte conſtabat an„tea, & paſſim tamen eum laudari animadvertebam in ſyntagmate. *Haec ſunt in epiſtola Heinſii ad Carpzovium, quae* CCXXXXIIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Pyrrhus Ligorius Italus in lucem nihil emiſit praeter exi„guum libellum vernaculo ſermone conſcriptum, editumque ante „annos plus minus CXX. quo antiquitates illuſtrantur Romanae. Para„bat immenſum opus de iiſdem antiquitatibus in volumina circiter „XXX. diſtinctum, cujus tomos duos aut tres eminentiſſimus princeps „Franciſcus Barbarinus curavit deſcribendos, ac ſuae bibliothecae vin„dicavit. E quibus inſcriptiones antiquas manu ſua Lucas Holſtenius „excerpſit mecum communicatas ante annos hoſce XXVIII. Quin„quennio poſt miſſus denuo in Italiam a Suecorum regina, quod ea „cognoviſſet opus omne Ligorii in Taurinenſi ducis bibliotheca adſer„vari, ejus deſcribendi copiam a matre ducis in uſus regios flagitavi, „reſponſumque tuli ſe donaturam ipſo autographo reginam; ad quam „liber ipſe poſtea, ni fallor, eſt perlatus; in quo longe plurimas ex„ſtare inſcriptiones hactenus publico non exhibitas ut credam, facit „ſpecimen Holſtenianum e paucis vaſti operis corraſum voluminibus. *Pyrrhi Ligorii liber de antiquitatibus Romanis eſt editus anno* CIↃ IↃ LIII. *Venetiis. Haec ſunt in epiſtola Carpzovii ad Heinſium, quae* CCXXXXV. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Quae de Pyrrho Ligorio narras in tuis litteris, nunquam an„tea audiveram, neque de ipſo Pyrrho quicquam reſciveram; ſaltem „ex libello, quem Schefferus de re vehiculari edidit, mihi erat cogni„tus. *Haec ſunt in epiſtola Nicolai Heinſii ad Chriſtinam Auguſtam, quae* IↃCLII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Vaſtum etiam Pyrrhi Ligorii ſummi antiquarii „opus viginti ſeptem voluminibus comprehenſum inſpexi; aegerrime„que, ne quid diſſimulem, tuli tantum hactenus theſaurum publico „invideri. *Haec ſunt in epiſtola Heinſii ad Chriſtinam Auguſtam, quae* IↃCLXX VIIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Ducis Sabaudiae mater dono ad te mittit „Pyrrhi Ligorii opera, munus certe eximium. *& cetera. De Ligorianis hactenus ex illuſtrium virorum epiſtolis, quas collegit atque digeſſit Petrus Burmannus. De illis autem ſic retulit Burcardus Gotthelffius Struvius in Introductione in notitiam rei litterariae, & uſum bibliothecarum, in capite tertio.* „Bibliotheca Sabau„dica, quae Augustae T[a]urinorum reperitur, antiquiſſima eſt: po„tiora

„tiora tamen incrementa Carolo Emanueli doctiſſimo principi debet: „non tam ob Mſta antiquiora commendatur, quam potius recentiora „quaedam; potiſſimum Pyrrhi Ligorii viginti ſex volumina, quae tot in „ſe comprehendunt Graecae Romanaeve antiquitatis monumenta di„gna, quae edantur. Licet iiſdem et Italorum atque Gallorum eru„diti ſaepius fuerint uſi. *Super hiſce iiſdem Philippus Labbeus, quem jam & alii docti viri laudavere, in Mantiſſa antiquariae ſupellectilis ita ſcripſit.* „Porro Pyrrhus „hic antiquitatum Romanarum ſcrutator acerrimus & deſcriptor ele„gantiſſimus triginta circiter volumina maximo labore congeſſerat, „quae Taurini in Subalpinis ſervantur in locupletiſſima Sabaudi ducis „ac Pedemontani principis bibliotheca. Aiunt quoque ejusdem ope„ris tomos IV. reperiri Romae in bibliotheca Farneſiorum, nonnul„loſque in cimeliarchio Auguſtae principis Chriſtinae reginae Sueco„rum, & forte etiam alibi. *Quum (ut perhibent) hodieque magnum ornamentum Taurinatis bibliothecae Ligoriana ſint; apographa videntur Chriſtinae Alexandrae a Chriſtina Borbonia fuiſſe donata. Hoc ubi ſcripſeram, et tantum non prelo ſubjeceram; ecce litteris de ſtatu bibliothecae Taurinatis ad Apoſtolum Zenonem nobilem Venetum ex Italico converſis, quas habet Ioannis Clerici Bibliotheca vetus & nova* (*Gallice inſcribitur* Bibliotheque ancienne & moderne) *in tomo* XXVII. *certior factus ſum; opus idiographum, &* XXXV. *annorum, ut in praefatione eſt,* & XXX. *voluminum e charta, quam Imperialem vocant, iſtic hodieque exhiberi. De quibusdam Ligorianis in bibliotheca Ottobonica poſitis ad hunc modum memoravit Henricus Brencmannus in epiſtola de conſulibus, quorum in Pandectis mentio facta eſt. Hadrianus Relandus in appendice Faſtorum conſularium Petri fratris eam Brencmanni ad ſe epiſtolam edidit. Verba ex ea epiſtola haec ſunt.* „Non poſſum tamen, „quin addam inſcriptionem unam aut alteram ex iis, quas caſu magis, „quam data opera in Italia collegi, in qua videlicet conſulum fit men„tio. Prima eſt ex Pyrrho Ligorio in dictione *Alſia*, quam ſolum ex „parte deſcripſi.

DIS MANIBVS SACRVM
ALFIAE L. L. OLYMPVSAE MATRI PIISSIMAE

„poſtea

* *

FECERVNT
Q. ALFIVS L. L. AEPYTVS CARPENTARIVS
S. ALFIVS L. L. CALLIPPVS AGITATOR
FACTION. RVSSATAE

„ad finem

IIII. ID. MART. IMP. CAES. M. AVRELIO
ALEXANDRO SEVERO PIO AVG. II. ET
C. MARCELLO QVINTILIANO COSS.

**

„De-

PRAEFATIONIS APPENDIX.

„Deſcripſi autem Romae in bibliotheca Otoboniana, ubi aliquot vo-
„lumina iſtius operis adſervantur; quae, ut ferunt, Chriſtina Sueco-
„rum quondam regina, litterarum amantiſſima princeps, ex autogra-
„pho Taurinenſi delineari curavit. Plures vero inſcriptiones ex iis de-
„ſcripſeram, in quibus adjecti ſunt conſules; ſed eaſdem a Grutero &
„Reineſio occupatas eſſe deprehendi. *& cetera. Atqui hoc Brencmannus, ut ferebant, retulit tantummodo. Idem autem ille amicus meus, cui contigit paſcere oculos animumque bibliothecis Italicis, idiographos libros Ligorii ſe inſpexiſſe in bibliotheca Taurinate narravit mihi. Innotuit praecipue libris manu ſcriptis ex bibliotheca reginae Chriſtianae Alexandrae bibliotheca Ottobonica a Petro Ottobono, qui, quum pontifex maximus factus eſſet, adſcivit nomen Alexandri octavi, fundata. Hujus bibliothecae meminit Struvius libro & capite, quo dixi. Inter alia ad libri inſtitutum pertinentia hoc quoque Ioanni Harduino neceſſe fuit praefari, acturo de inſcriptionibus temporum Conſtantinianorum poſt nummos temporum illorum nimis callida, ſed malitiosa interpretatione explicatos.*
„Inſcriptionum hujusmodi immenſam ſupellectilem quadraginta am-
„plius digeſtam voluminibus olim collegit Pyrrhus Ligorius; quae
„Romae exſtare dicitur in bibliotheca Barberiniana & Farneſiana. Qua
„in vaſta mole atque congerie Spanhemius vir eruditus confitetur pag.
„141. *plura* eſſe *aut dubiae fidei, aut confeſſae novitatis*: nec tamen ille cre-
„viſſe ſegetem putat, niſi ex plurimorum fraude, qui Ligorio viro bo-
„no fucum fecerint: farraginem eam eſſe ſubdit, quae poſſit incautis
„imponere, avidis ad quamcumque ciborum novitatem; viris etiam
„alioquin eruditis, ſed (ut dixi) minime ſuſpicioſis. Neque enim he-
„betes ac ſtulti ſunt, qui dant operam, ut hac arte fallant. *Novi falſas inſcriptiones pro veris haberi, ut adulterinos nummos pro bonis. Sed ridiculum eſt hoc de omnibus fere ſuſpicari. Quid hic voluerit in litteris veterator, cui pleraque omnia veterum monumentorum ficta & commentitia ſunt habita atque dicta, non obſcurum eſt: qui autem ſocietatis Jeſu apud Pariſios ſunt, optime norunt. Adactus nempe ab ipſis iſta paradoxa ejurare paruit, & dicto audiens fuit huic ſocietati. Habet Ioannis Clerici Bibliotheca ſelecta* (Bibliotheque choiſie *Gallice*) *in tomo* XVIII. *exemplar ignominioſae ejurationis. Cetera de haereſi Harduinina etiam in ejuſdem Bibliothecae ſelectae tomo* XIIII. *&* XV. *&* XVI. *&* XVII. *&* XVIII. *legi poſſunt. Itaque valeat Harduinus, ut ab eo retractata & correcta ſunt opinionum ejus commenta. In bibliotheca Lugdunenſi Batava adſervantur, ut in catalogo pag.* 367 *eſt,* „Indices quinque, qui
„traduntur reſpondere ſupellectili antiquitatum Pyrrhi Ligorii: quorum
„primus continet hominum & rerum vocabula, quorum figurae in
„monumentis certis viſuntur. Secundus notas Graecas, & compen-
„dia ſcribendi, uno aut altero pluribuſve litteris ſignata; quorum
„quaedam explicantur, quae ſcriptor potuit explicare; quaedam ha-

„bent

„bent ſpatium ad explicationem adponendam. Tertius idem in Ro-
„manis. Quartus videtur acceſſio primi, ſed cui interponuntur Chri-
„ſtiana. Quintus continet ſeriem ſtatuarum, urbium, aedium, alio-
„rumque operum publicorum, quorum alibi conſpectus, aut notitia
„reperitur. In charta. *Videſis Colomeſii opera, quae a Fabricio junctim edita ſunt, pag.* 864. *Habet etiam bibliotheca Lugdunenſis Batava ſecundum catalogum pag.* 234. *librum Italicum Pyrrhri Ligorii de antiquitatibus Romanis cum paradoxis foras datum Venetiis anno* 1553. *Hujus libri commeminit Labbeus in Mantiſſa antiquariae ſupellectilis, & Hallervordius in Bibliotheca curioſa, & Fabricius in Bibliographia antiquaria pag.* 157. *Omitto cetera ejusmodi ſcripta. Habet eadem libliotheca Lugdunenſis Batava, ut catalogus indicat pag* 358. *Italicam deſcriptionem a Pyrrho Ligorio factam villae Tiburtinae Hadriani, quae jam inde compareret in Theſauro antiquitatum & hiſtoriarum Italiae in tomo* VIII. *Acta eruditorum publicata Lipſiae kalendis Maji anno* CIↃ IↃ CCXXIII. *pag.* 213. *inſpici poſſunt. Ante Romam ſubterraneam Paulli Aringhi videre licet expreſſam faciem Romae veteris, prout a Pyrrho Ligorio quatuordecim regionum facta eſt deſcriptio. Praetereundum non eſt, quod Daniel Georgius Morhofius in libro primo Polyhiſtoris litterarii capite viceſimo quinto ſcripſit de Gudiana collectione epiſtolarum ineditarum:* „Pyrrhi Ligorii Neapolitani ibidem ſunt epiſtolae viri doctiſſimi, a quo „XXIV. vaſta antiquitatum volumina inedita ſupereſſe perhibentur. *Libri manu ſcripti, quos ſibi comparaverat Gudius, majorem partem in bibliotheca Guelferbytana aaſervantur: ut Fabricius indicavit in Bibliothecae Latinae volumine altero pag.* 371. *Ceterum ae Ligorio conſuli poſſunt, quos Hallervordius in Bibliotheca curioſa, & Königius in Bibliotheca vetere & nova, & Fabricius in Bibliographia antiquaria capite* III. & VI. *& idem in Bibliotheca Graeca libro* IIII. *capite* II. *citant, auctores. Laudatur ab his diligentiſſimus inveſtigator antiquitatis, culpatur ab illis inſcriptionum ſubjector. Ego (ut dictum eſt) in medium relinquo. Illud quoque non praetermittendum eſt, quod Gudius in opere ſuo pag.* IↃ CCC LXXXVII. *quibuſdam inſcriptionibus praepoſuit.* „Ex collectione variarum per „plurimas Italiae urbes veterum inſcriptionum conſcripta Venetiis „CIↃ CCCC LXXIIII. manu Alex. Sta.... Codex hodie exſtat Floren-„tiae penes V. CL. Franc. Redium. *Neſcio, qui fuerit Alex. Sta.... De illo inveſtigabo diligentius. Sed hoc fortaſſe κενόσπουδον erit. De Franciſco Redio archiatro Magni aucis Etruriae, & Academico* della cruſca, *ut Itali appellant, Königium in Bibliotheca vetere & nova, ac Mercklinum in Lindenio renovato, atque ejus generis ſcriptores licet conſulere. Studioſos autem Camilli Peregrini, de quo in praefatione mentio facta eſt, ad illa, quae Burmannus in notis in Iſaaci Voſſii & Nicolai Heinſii epiſtolas pag.* 566. *notavit, delego. Nec non etiam idem Peregrinus epiſtola* LVII. *laudatur a Voſſio. Multifariam de Marquardo Gudio in Burmannica collectione epiſtolarum a viris illuſtribus ſcriptarum mentio facta eſt. De hereditate, quae Gudio a Sciaſſio venit, legatur epiſtola* CCCX. & CCCXI. & CCCXII. & CCCXXVIII. & CCCXXVIIII. & CCCXXX. & CCCXXXII. & CCCXXXIII. & CCCLXVIII. & CCCLXX. & CCCLXXI. & CCCLXXII. & CCCCLXXXXV. & CCCCLXXXXVI. & DXX. *inter Ioannis Georgii Graevii & Nicolai Heinſii epiſtolas amoebaeas.* „Phaedri edi-

„editionem etiamnunc promittit, ut & inſcriptionum corpus, ſive au-
„ctarium ingens. Symbolam me collaturum fidem dedi. *Hoc adſperſit Graevius in epiſtola* CCCCLXXXXVI. *de iſtis inſcriptionibus, quae jam tandem proferentur. De hereditate Sciaſſiana etiam mentio injecta eſt in epiſtola Nicolai Heinſii ad Jacobum Perizonium* XXII. *epiſtolarum utriuſque. Nactus ſum etiam poſt praefationem prelo ſubjectam Hippolyti epiſcopi & martyris* Ἀπόδειξιν *de Antichriſto, quam Marquardus Gudius anno* CIↃ IↃ CLXI. *edidit Lutetiae Pariſiorum. Fabricius Bibliothecae Graecae lib.* V. *pag.* 205. *de illo libello conſuli poteſt. Habuit bibliotheca Gudii N.* 26. *exemplar aliquod retractius. Notae & animadverſiones ipſius autographae ad id adpoſitae erant in margine. Qua fere tempeſtate Marquardus Gudius in Italiam venit, & animum ad antiquorum inſcriptiones recognoſcendas & colligendas appulit; Carolum Moronum Lucae Holſtenii inſtituto, & Franciſci Barberini cardinalis auſpiciis, veterum inſcriptionum opus inchoaſſe, apparet ex illuſtrium virorum epiſtolis; quas collegit atque digeſſit Petrus Burmannus. Haec de incepto legimus in epiſtola Nicolai Heinſii ad Joannem Fredericum Gronovium, quae* CCCLXXX. *epiſtolarum utriuſque eſt.* „Carolus „Moronus de novo inſcriptionum vetuſtarum opere, quod prelo com-
„miſit, ſpes noſtras fovere pergit, idque Gruterianum volumen ipſa
„mole facile aequaturum eſſe minatur. Si verum dicit, toto decennio
„illi opus erit ad provinciam hanc adminiſtrandam; nam & ingenio ad-
„modum lento eſt, & Holſtenii ope conſiliiſque deſtitutus, valde me-
„tuendum, ne portum contingat inter tam vaſtos fluctus. *Item in epiſtola Nicolai Heinſii ad Ezechielem Spanhemium, quae* X. *epiſtolarum utriuſque eſt.* „Ro-
„mam ubi perveneris, fac, quaeſo, ex te diſcam, quando novum ve-
„terum inſcriptionum volumen viſuri ſimus, quod Carolus Moronus
„juſſu eminentiſſimi Barberini jam pridem luci parat? Flagro enim
„ardentiſſima ſiti pervolvendi tam deſiderati operis. *Haec habemus in epiſtola Nicolai Heinſii ad Octavium Falconerium, quae* CCCCXXVIII. *epiſtolarum a viris illuſtribus ſcriptarum eſt in tomo* V. „Opus veterum inſcriptionum, quod a V. Cl.
„Carolo Morono luci paratur, quando nobis exſpectandum ſit, ſi
„verbis vel tribus ſignificaris, tum ſi quae alia non diſſimilis notae
„prela typographica apud vos exercent, immane quantum me beave-
„ris. *Et in epiſtola Falconerii ad Heinſium, quae* CCCCXXVIIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V.
„Carolum Moronum Venetiis redeuntem hic praeter ſpem in biblio-
„theca quadam offendi. Ab eo id didici. quod haud ſane ſperabam,
„ipſum in paranda veterum inſcriptionum editione alacrius, quam un-
„quam antea, laboraturum; quas tamen haud ita ſtatim lucem viſu-
„ras operis magnitudo ſuadet, quod editarum a Grutero inſcriptio-
„num volumen facile excedet, ut & Moronus ipſe teſtatur. Ita ex
„itinere pleno alioqui maeroris ac curarum, id voluptatis fructuſque
„percepi, ut & deſiderio tuo de veterum inſcriptionum editione co-
„gnoſcendi maturius ſatis facerem; & *cetera, quae ad Marquardum Gudium attinent. Et in epiſtola Heinſii ad Falconerium, quae* CCCCXXX. *epiſtolarum eſt in tomo* V.
„Ca-

„Carolus Moronus duram provinciam ſuſcepit de edendis inſcriptioni-
„bus antiquis poſt Gruterum. Utinam opus luculentum brevi vi-
„deamus! aut quia ob immenſam ejus molem id ſperare non datur,
„ex parte ſaltem prodeat in lucem, ne exſpectatione nimis diuturna
„enecemur. Tu & quot jam paginae hoc in opere typis deſcriptae
„ſint, & quando opineris fore, ut ſuprema ei manus a typographo
„imponatur, fac quaeſo tempeſtive intelligam. *Et in epiſtola Falconerii ad Heinſium, quae* CCCCXXXII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Neque plus ſpei
„a Morono, quem ineditarum adhuc inſcriptionum volumen promit-
„tere tibi, jamdudum eſt, ſignificaveram. De iis enim apud cardi-
„nalem Barberinum mirum ſilentium. *Et in epiſtola Heinſii ad Falconerium, quae* CCCCXXXIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „De inſcriptionibus anti-
„quis Moronum ſpes noſtras tanto tempore fruſtrari indignor. Im-
„pelle, quaeſo, hominem, quantum potes, ne enecare nos pergat
„irrita exſpectatione operis longe utiliſſimi. *Deinde paullo infra.* „Tum
„quantum operae typographicae jam promoverint in inſcriptionibus
„vetuſtis edendis. *Et in epiſtola Heinſii ad Falconerium, quae* CCCCXXXVIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Sed inſcriptiones illas Caroli Moroni Romanas
„quando tandem videbimus? Nihilne preces orbis litterati ardentiſſi-
„mae, nil imperium mandatumque eminentiſſimi Barberini apud il-
„lum poſſunt, ut veterno excuſſo, ac amota procraſtinatione omni
„ſeſe tandem contentione accingat huic labori, unde certam nominis
„immortalitatem mutuetur, ac univerſum litterarum nomen egregie
„demereatur? Sin ceſſare & cunctari pergit, ut hactenus, ingens ne-
„glecti officii invidia apud poſteros illum manet, qui praeſentiſſimam
„oportunitatem in commune conſulendi inſuper habuerit, ac perire
„paſſus ſit. *Et in epiſtola Falconerii ad Heinſium, quae* CCCCXXXVIIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Carolo Morono, ipſique cardinali Barberino per oc-
„caſionem de inſcriptionum editione aurem vellam. *Et in epiſtola Heinſii ad Falconerium, quae* CCCCXXXX. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Carolo autem
„Morono, ne quid diſſimulem, iraſcor, qui marmorum Romano-
„rum in lucem proferendorum laudem ſolidam hominibus Tranſalpi-
„nis Apiano, Smetio, Grutero, relictam cupit, dum ipſe oneri ſu-
„ſcepto poſt hos Atlantes externos ſucceſſor Hercules Romanus ſuc-
„cumbit; certe deſideria noſtra cunctando fruſtratur & ludit promiſſi
„ſecurus. *Et in epiſtola Heinſii ad Falconerium, quae* CCCCXXXXI. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Quando vetuſtas inſcriptiones? *Subauditur*, videbimus, ἐστὶ κοινῶς. *Et in epiſtola Heinſii ad Falconerium, quae* CCCCXXXXIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Quid, quaeſo, Moronianis inſcriptionibus fiet tandem? *Et in epiſtola*

Falconerii ad Heinſium, quae CCCCXXXXIIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Cardi-
„nalem Barberinum triduo poſt acceptas tuas litteras de inſcriptionum
„editione compellavi, qui ſane mihi fidem ſuam obligavit, ubi a Pa-
„chymeri ſe expediverit, quod intra paucos menſes futurum conjicie-
„bat, de iis edendis ſerio cogitaturum. Interea ut exemplar earum,
„quae jam olim ipſo curante editae ſunt, neque tamen publici juris
„factae, mihi ad te mittendum concederet, impetravi. Sed Moro-
„num vereor, cujus e manibus non niſi magno cum labore, ac pla-
„ne aerumnoſo is liber mihi extorquendus erit; quem ut primum
„accepero, curabo diligenter, ut per Datum noſtrum ad te quam
„citiſſime afferantur. *&c cetera. Sed in eadem Falconerii epiſtola eſt in extre-
mo.* „Inſcriptiones Barberinianas, quas modo a Morono accepi, pro-
„pediem Dato noſtro mittam, ut is quamprimum, ut ad te perferan-
„tur, curet. *Quatenus iſtae inſcriptiones, quae tamen non comparent in catalo-
go bibliothecae Heinſianae, (quod equidem ſciam) auſpiciis Barberinis fuerint prelo
ſubjectae, per videre velim. Et in epiſtola Heinſii ad Falconerium, quae* CCCC
XXXXV. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Eminentiſſimum principem Franci-
„ſcum Barberinum de pertexendo inſcriptionum antiquarum opere
„deſideria noſtra fovere gaudeo, ut qui maxime. In Pachymeri eden-
„do cum fervide deſudare operas typographicas nuntiarit proxime Da-
„tus noſter, hoc labore illas jam defunctas eſſe augurari licet, ac pro-
„inde inſcriptionibus prelo committendis accingi, quod utinam ex
„tuis propediem intelligamus! *Et in epiſtola Falconerii ad Heinſium, quae*
CCCCXXXXVI. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „Eminentiſſimo Barberino de in-
„ſcriptionum antiquarum editione iterum aurem vellam, ſed quan-
„tum conjectura augurari licet, non ita ſtatim id opus aggreſſurus vi-
„detur, ipſumque potius editionem audio parare B. Nili Abbatis epi-
„ſtolarum, quarum ad mille jam in Latinum ſermonem verſas penes
„ſe habet Leo Allatius. *Et in epiſtola Heinſii ad Falconerium, quae* CCCCLXI.
epiſtolarum eſt in tomo V. „Quid etymologico Orionis fit, quid inſcriptio-
„nibus antiquis, quas Moronus tanto tempore promittit? *Et in epiſto-
la Falconerii ad Heinſium, quae* CCCCLXIII. *epiſtolarum eſt in tomo* V. „A Moro-
„no veterum inſcriptionum editionem, aut aliud quidvis fruſtra ex-
„ſpectas. *Egit de iſtis inſcriptionibus, quae penes Franciſcum Barberinum cardi-
nalem fuerunt, Raphael Fabrettus in praefatione inſcriptionum ab ipſo editarum,
quae eſt ad Gaſparem Joſephi fratris filium: ſed ibi de Caroli Moroni opere qualicum-
que non meminit. Iacobus autem Sponius in Itinerario Italiae, Dalmatiae, Grae-
ciae & Aſiae minoris Gallice compoſito, qua parte Romana cimeliarchia & pala-
tia viſenda notavit, animadvertit quinquaginta inſcriptiones a cardinali Barberino*

col-

collectas ineditasque haberi in hortis Barberinianis sive principis Praenestini. Praefuit Barberinae bibliothecae Moronus; ut testis est epistola Falconerii ad Heinsium, quae CCCCLXV. *epistolarum saepe laudatarum. In Heinsii epistola ad Falconerium, quae* CCCCXXX. *est, hoc de ea & ejus praefecto legitur.* „Audio catalogum Barba-„rinae bibliothecae ab eodem Morono mox publicandum fore *Index librorum bibliothecae Barberinae* CIↃIↃCLXXXI. *anno Romae prodiit in lucem: non ille quidem mihi incognitus, sed tamen raro ab eruditis hic visus. Dicerem plura, si liber prae manibus esset; cujus commeminit Struvius libro, quo supra, & capite. Sub idem fere tempus etiam de inscriptionibus edendis cogitavit Lucas Langermannus. Sed inscriptiones, quas cum eo communicavit Philibertus de la Mare, & quarum meminit in suis epistolis ad Nicolaum Heinsium, post aliquanto Reinesius inclyto illi operi inscriptionum inseruit. Legi potest* IↃLXXXVII. *&* IↃLXXXVIII. *&* IↃLXXXVIIII. *&* IↃXC. *epistolarum in tomo* V. συλλογῆς *saepe laudatae. Quod ad commenticiam inscriptionem luscinae dicatam, & in praefationem relatam, attinet; legatur epistola Joannis Georgii Graevii ad Nicolaum Heinsium, quae* DXXXVIII. *epistolarum utriusque est. Ut conspectus quidam virorum illustrium, qui in recognitione inscriptionum antiquarum Gudio usui fuissent, haberetur; haec & cetera ad lapidarias litteras pertinentia, prout in legendo erant obvia, notabam. Joachimus Oudaanus (id quod superius memoratum oportuit) in praefatione libri, cui titulus est,* **Hoomsche mogentheid**, *hoc est,* Romana potentia, *plus centum & viginti tomis in folio (ut bibliopolae appellant) ait Ligoriana contineri. Ceterum fides ejus rei penes oculatum testem Isaacum Vossium erit, unde se audisse dixit. De Pyrrho Ligorio commemoravit Florentius le Comte in Gallico libro, cujus est titulus,* Cabinet des singularitez d'architecture, peinture, sculpture & graveure, *in tomo III. pagina* 159. *Omnino in extremo est error numeri anni emortualis* CIↃIↃCLXXIIII. *Namque Ligorius, ut Königius & Hallervordius scribunt,* CIↃIↃLXXXVI. *anno mortem obiit. Haec quoque in hanc praefationis appendicem adde post illa,* prout a Pyrrho Ligorio quatuordecim regionum facta est descriptio. *In orbis terrarum topographiis a Georgio Braunio compositis in libro* II. *in tabula* XXXXVIIII. *& in libro* IIII. *in tabulis* LIIII. *&* LV. *etiam Ligoriana haec topographia veteris Romae videri potest. Addenda & haec post illa,* adpositae erant in margine. *Ceterum de Hippolyti illius operum collectione & editione Fabriciana, atque adeo de isthoc opusculo videre licet Acta eruditorum publicata Lipsiae Kalendis Octobris anno* CIↃIↃCCXVI. *Haec etiam in praefationem insere post illa,* ad Gruterianam rationem accommodavit: *nisi si quae alibi non ita magno discrimine essent editae. Nondum satis confeceram viginti quinque indices, ad quos reverteretur, si quis quidquam quaereret; quum Henricus Halma Franciſci filius, bibliopola, qui semper infirma atque etiam aegra valetudine fuit, vita decessit. Ceteras excerptiones meas (adeo sunt multae ex his inscriptionibus factae) in omnes indices digerere per praeproperam quandam festinationem non sum ego situs; cui placet*

illud

PRAEFATIONIS APPENDIX.

illud Auguſti, Σπεύδε βραδέως. *De ſupplemento autem, quod adjici par erat, fors viderit: quoniam erciſcundae familiae cauſſa (ut audio) propediem venibunt typi, prela, libri, omnia. Itaque in anteceſſum dabo faſciculum inſcriptionum, quas mecum benigne communicavit Carolus Andreas Dukerus in Academia Trajectenſi hiſtoriarum atque eloquentiae profeſſor ordinarius, vir adprime eruditus: cui pleraſque omnes miſerant Juſtinus de Hochepied vir nobilis, conſul noſtras apud Smyrnaeos; & Hermannus vander Horſt theologus, vir egregie doctus, & tunc a ſacris noſtratium, qui Smyrnae negotiantur. Is ibi antiquitatis fata ſcrutatus eſt circumcirca. Nuper ex Aſia remigravit huc viciniae; quippe eccleſiaſtes Jutſaeſenſis captus, poſt Schoonhovienſis. Inſcriptio Sigea* Ἐκτροφηδὸν *exarata, quam commentario hiſtorico, grammatico, critico illuſtravit Edmundus Chiſhull ſanctae theologiae baccalaureus, (ut ſcholaſtici appellant) & a ſacris Britanniae regis, prodiit Londinii anno* CIↃ IↃ CC XXI. *& iterum Lugduni Batavorum anno* CIↃ IↃ CCXXVII. *Acceſſit eodem nunc ejuſdem illius viri pereruditi de nummo* CKΩΠΙ *inſcripto diſſertatio. Vide Acta eruditorum publicata Lipſiae K. Febr. A.* CIↃ IↃ CCXXII. *& K. Nov. A.* CIↃ IↃ CCXXVII. *Ab eodem illo Britanno quamprimum avide exſpectantur* Antiquitatum Aſiaticarum reliquiae. *De programmate, cujus exemplum legi miſſum ab amico mihi, videbis Acta eruditorum publicata Lipſiae K. Aug. A.* CIↃ IↃ CCXXVII. *Nimirum in monumentis Graeciae colligendis & exponendis praeter ceteros philograeci Britanni excellunt. Comes Arundellenſis, Seldenus, Lydiatus, Prideaux, Smithus, Bernardus, Whelerus, (ut ceteri omittantur, quibus curae fuere lapides Graecales quoque) nemini ſunt paullum modo humaniori ignoti. Sed hactenus. Nunc, lector, (cogit enim mutare propoſiti formam operis intempeſtiva mors minoris Halmae) faſciculum illum inſcriptionum a Dukero oblatum repraeſentabo.*

I.

ΡΩΜΑΙΩΝ. Pag. I.

ΜΑΡΚΟΣ ΟΥΑΛΑΡΙΟΣ ΜΑΡΚΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΚΑΙ
ΔΗΜΑΡΧΟΙ ΚΑΙ Η ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ ΤΗΙΩΝ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ ΚΑΙ ΤΩΙ
ΔΗΜΩΙ ΧΑΙΡΕΙΝ. ΜΕΝΙΠΠΟΣ ΟΓΟΡΑΡΑΝΤΙΟΧΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΠΟΣΤΑΛΕΙΣ ΠΡΟΣ ΗΜΑΣ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΣ ΠΡΟΧΕΙΡΙΣΘΕΙΣ ΚΑΙ
ΥΦ ΥΜΩΝ ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΙ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ
ΤΟΤΕ ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΝΕΔΩΚΕΝ ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ ΑΚΟΛΟΥΘΩΣ ΤΟΥ
ΤΩΙ ΔΙΕΛΕΧΘΗΜΑΤΑ ΠΑΣΗΣ ΠΡΟΘΥΜΙΑΣ ΗΜΕΙΣ ΔΕ ΤΟΝ ΤΕ ΑΝ
ΔΡΑ ΑΠΕΔΕΞΑΜΕΘΑ ΦΙΛΟΦΡΩΝΩΣ ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΗΝ ΠΡΟΓΕΓΕΝΗ
ΜΕΝΗΝ ΑΥΤΩΙ ΔΟΞΑΝ ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΗΝ ΥΠΑΡΧΟΥΣΑΝ ΚΑΛΟΚΑ
ΓΑΘΙΑΝ ΠΕΡΙ ΤΕΩΝ ΗΞΙΟΥ ΔΙΗΚΟΥΣΑΜΕΝ ΕΥΝΟΩΣ ΚΑΙ ΟΤΙ
ΜΕΝ ΔΙΟΛΟΥ ΠΑΕΙΣ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΙ ΔΙΑΤΕΛΟΥ
ΜΕΝ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΜΑΛΙΣΤΑΝ ΤΙΣ ΣΤΟ
ΧΑΙΟΙΤΟ ΕΚ ΤΗΣ ΣΥΝΑΝΤΩΛΙΕΝΗΣ ΗΜΕΙΝ ΕΥΜΕΝΕΙΑ
ΔΙΑ ΤΑΥΤΑ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΔΑΙΜΟΝΙΟΥ ΟΥ ΜΗΝ ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΕΞ ΑΛ
ΛΩΝ ΠΑΕΙΩΝΩΝ ΠΕΠΕΙΣΜΕΘΑ ΣΥΜΦΑΝΗ ΠΑΣΙ ΓΕΓΟΜΕΝΗ
ΤΗΝ ΗΜΕΤΕΡΑΝ ΕΙΣ ΤΟ ΘΕΙΟΝ ΠΡΟΤΙΜΙΑΝ ΔΙΟΚΑΙ ΔΙΑ ΤΕ ΤΑΥ
ΤΑ ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΥΜΑΣ ΕΥΝΟΙΑΝ ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΟΝ ΗΞΙΩ. . . ΝΑ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΚΡΙΝΟΜΕΝ ΕΙΝΑΙ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ΚΑΙ ΤΗΓΧΩ
ΡΑΝ ΙΕΡΑΝ ΚΑΘΩΣ ΚΑΙ ΝΥΝ ΕΣΙΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΝ ΚΑΙ ΑΦΟΡΟ
ΛΟΓΗΤΟΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΑΤΕ ΕΙΣ
ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΤΙΜΙΑ ΚΑΙ ΤΑ ΕΙΣ ΥΜΑΣ ΦΙΛΑΝΘΡΟΠΕΙΡΑΣΟ
ΜΕΘΑ ΣΥΝΕΠΑΥΣΕΙΝ ΔΙΑΤΗΡΟΥΝΤΩΝ ΥΜΩΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟ
ΜΕΤΑ ΤΑΥΤΑ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΗΜΑΣ ΕΥΝΟΙΑΝ. ΕΡΡΩΣΘΕ.

II.

. . . . . .
ΟΣΤΙΣ ΦΑΡΜΑΚΑ ΔΗΛΗΤΕΡΙΑ . . . . . .
ΠΟΙΟΙ: ΕΠΙ . . . ΘΕΟΙΣΙΝ . . . . . .
ΤΟ ΞΥΝΟΝ : Η ΕΠΙΔΙΩΤΗΝ . . . . . .
ΕΝΟΝ ΑΠΟΛΛΥΘΑΙ : ΚΑΙ Α . . . . . .
ΥΤΟΝ ΚΑΙ ΓΕΝΟΣ : ΤΟ ΚΕΝΩ . . . . . .
ΤΙΣ: ΕΣ ΓΗΝ ΤΗΝ ΤΗΙΗΝ Κ . . . . . .
Α ΤΟΙ : ΣΙΤΟΝ ΕΙΣΑΓΕΣΘΑΙ . . . . . .
ΗΤΕΧΝΙ: ΗΛΙΧΑΝΗΙ : . . . . . .
ΗΚΑ . . . . . .

III.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

III.

ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ
ΣΥΜΦΟΡΙ. ΝΑΜ
ΑΙΟΝ ΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ

IV.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΜΑΣΙΜΑΧΟΥ ΥΙΟΣ ΦΥΣΕΙ
ΔΕΡΜΟΘΕΣΤΟΥ ΚΥΡΕΙΝΑ
ΦΙΛΙΣΤΗΣ ΤΒ
ΤΟΥ ΦΙΛΑΙΟΥ ΠΥΡΓΟΥ

V.

ΔΙΟΝΙΣΙΟΣ Δ^ ΠΡΑΓΜΑΤΕΥΤΗΣ ΦΛ ΔΗΜΗΤΡΙΑΣ ΦΛ ΑΧΙΛΛΗΣ
ΥΠΑΤΙΚΗΣ ΖΩΝΗΝ ΚΑΜΑΡΑΝ ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ ΕΑΥΤΩ ΚΑΙ ΤΗ ΓΥ
ΝΑΙΚΙ ΑΥΤΟΥ ΘΑΛΛΟΥΣΗ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΤΕΚΝΟΙΣ ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΕΤΕΡΟΣ ΘΕ
ΛΗΣΗ ΚΗΔΕΥΘΗΝΑΙ ΔΩΣΕΙ ΤΗ ΔΕΣΠΟΙΝΗ ΜΟΥ Η ΤΟΙΣ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙΣ
ΑΥΤΗΣ ✳ Χ
ΕΙΝΑΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ

VI.

20. Febr. 1719. In cavo ad tormenta mittenda caſtelli Sigazik.

ΤΑΣ ΥΠΑΡΧΟΥΣΑΣ ΑΥΤΟΙΣ ΠΟΡΤΑΜΕ ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ ΕΝΔΟ
ΞΩΝ ΚΑΙ ΤΙΜΙΩΝ ΑΠΟΚΡΙΝΑΣΘΑΙ ΔΙΟΤΙ Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΣΑΥΞΙΩΝ ΔΙΑ
ΦΥΛΑΔΩΝ ΤΑΝ ΠΟΡΤΙ ΤΟ ΘΕΙΟΝ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ ΚΑΙ ΤΑΙ ΠΟΛΕΙ ΤΩΝ
ΤΗΙΩΝ ΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙΝ ΒΩΛΟΜΕΝΟΣ ΤΑΝ ΤΕ ΚΑΘΙΕΡΩΣΙΝ ΤΩΙ
ΔΙΟΝΥΣΩΙ ΤΑΣ ΤΕ ΠΟΛΕΩΣ ΤΩΝ ΤΗΙΩΝ ΚΑΙ ΤΑΣ ΧΩΡΑΣ ΑΝΑΔΕΙ
ΚΝΥΝΤΙ ΚΑΙ ΠΑΡΔΕΧΕΤΑΙ ΙΕΡΑΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΝ ΚΑΘΟΤΙ ΠΑΡΚΑ
ΛΕΙ Ο ΔΑΜΟΣ Ο ΤΗΙΩΝ ΥΠΑΡΞΕΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ ΤΙΜΙΑ
ΤΗΙΟΙΣ ΠΑΡΤΑΙ ΠΟΛΕΙ ΤΩΝ ΣΑΥΞΙΩΝ ΝΥΝ ΤΕ ΚΑΙ ΕΣ ΤΟΝ ΑΕΙ ΧΡΟΝΟΝ
ΕΡΡΩΣΘΕ.

ΣΥΒΡΙΤΙΩΝ

ΣΥΒΡΙΤΙΩΝ Α ΠΟΛΙΣ ΚΑΙ ΟΙ ΚΟΣΜΟΙ ΤΗΙΩΝ ΤΑΙ ΒΩΛΑΙ ΚΑΙ ΤΩΙ
ΔΑΜΩΙ ΧΑΙΡΕΙΝ ΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΠΕΡΔΙΚΚΑΣ Ο ΠΑΡΑ ΒΑΣΙ
ΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣ ΤΟΤΕ ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΠΕΔΩΚΕΝ
Ο ΕΦΕΡΟΝ ΟΙ ΠΑΡ ΥΜΩΝ ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙ ΕΠ. ΙΑΥΤΟΙΣ ΣΥΝΕ
ΤΟΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΦΙΛΙΑΣ ΚΑΙ ΟΤΙ ΚΑΛΟΣ ΚΑΙ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝ ΠΡΟΣ
ΔΕΞΑΜΕΝΟΙ ΤΑΝ ΤΕ ΑΝΙΕΡΩΣΙΝ ΤΩΙ ΔΙΟΝΥΣΩΙ ΚΑΙ ΤΩΙ

ΠΑΝΤΑ ΕΙ ΔΕ ΤΙΝΕΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΟΡΜΙΣΜΕΝΩΝ ΕΞΥΒΡΙΣΤΑΣ ΑΔΙΚΗΣΩΣΙ
ΝΤΙΝΑ ΤΗΙΩΝ Η ΤΩΝ ΠΑΡΟΙΚΩΝ Η ΚΟΙΝΑΙ Η ΙΔΙΑΙ ΠΑ
ΡΑ ΤΟ ΓΡΑΦΕΝ ΔΟΓΜΑ ΠΕΡΙ ΤΑΣ ΑΣΥΛΙΑΣ ΥΠΟ ΤΑΣ ΠΟΛΕΩΣ
ΤΩΝ ΣΥΒΡΙΤΙΩΝ ΕΞΕΣΤΩ ΤΩΙ ΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΩΙ ΤΗΙΩΝ
Η ΤΩΝ ΠΑΡΟΙΚΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΕΩ ΕΠΙΛΑΒΕΣΘΑΙ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΩ
ΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΕΙ ΤΙΣ ΚΑΛΓΗΙ ΟΙ ΔΕ ΚΟΣΜΟΙ ΟΙ ΤΟ ΚΑ
ΛΕΙ ΚΟΣΜΙΟΝΤΕΣ ΕΠΑΝΑΓΚΑΣΘΟΝΤΩΝ ΑΠΟΔΙΔΟ
ΜΕΝ ΤΟΥΣ ΕΧΟΝΤΑΣ ΑΞΗΜΙΟΙ ΟΝΤΕΣ ΚΑΙ ΑΝΤΙΠΟΔΙ
ΚΟΙ ΠΑΣΑΣ ΖΑΜΙΑΣ ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ

VII. ΛΑΣΙΩΝ

ΕΔΟΞΕ ΛΑΣΙΩΝ ΤΟΙΣ ΚΟΣΜΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑΙ ΠΟΛΕΙ ΕΠΕΙΔΗ
ΤΗΙΟΙ ΣΥΓΓΕΝΕΙΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟΙ ΔΙΑ ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΥΠΑΡΧΟΝΤΕΣ
ΨΑΦΙΣΜΑ ΚΑΙ ΠΡΕΙΓΕΥΤΑΝΣΑΠΕΣΤΑΛΚΑΝ ΑΠΟΛ
ΛΟΔΟΤΟΝ ΚΑΙΚ. ΛΟΤΑΝ ΟΙΔΕ ΕΠΕΛΘΟΝΤΕΣ ΕΠΙ ΤΟ ΚΟΙ
ΝΟΝ ΤΟ - - - - -

ΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙ. ΚΑΙ ΜΕΜΝΑΜΕΝΟΙ - - ΥΠΑΡΧΟΝΣ - - - -
ΠΟΛΕΙ ΣΥΓΓΕΝΕΙΑΝ ΤΑΝ ΤΕ ΚΑΘΙΕΡΩΣ ΤΩ ΔΙΩΝΥΣΙΩΙ ΙΑ . . .
ΠΟΛΙΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΧΩΡΑΝ ΕΜΕΝ ΙΕΡΑΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΝ ΒΩΛΟΜ . . .
ΧΑΡΙΖΕΣΘΑΙ ΠΕΡΔΙΚΚΑΙ ΔΙΔΟΜΕΝ ΚΑΙ ΤΑ ΛΟΙΠΑ ΤΑΥΠΑΡΧΟΝ
ΤΑ ΥΜΙΝ ΕΝΔΟΞΑ ΚΑΙ ΤΙΜΙΑ ΣΥΝΔΙΑΦΥΛΑΞΙΟΜΕΝ ΑΠΡΟ
. . ΑΣΙΣΤΩΣ ΕΦΟΣΟΝ ΚΙΩΜΕΝ ΔΥΝΑΤΟΙ ΚΑΙ ΕΙ ΤΙΝΕΣ ΚΑΤΩΝ
ΟΡΜΙΟΜΕΝΩΝ ΑΤΟΘΕΝ ΑΔΙΚΗΣΩΝΤΙ ΤΙΝΑ ΤΗΙΟΝ Η ΚΟΙΝΑΙ
Η ΙΔΙΑΙ ΠΑΡΑ ΤΟ ΓΡΑΦΕΝ ΔΟΓΜΑ ΠΕΡΙ ΤΑΣ ΑΣΥΛΙΑΣ ΤΑΣ ΤΕ
ΠΟΛΕΩΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΧΩΡΑΣ ΕΞΕΣΤΩ ΤΩΙ ΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΩΙ
ΤΗΙΩΝ ΕΠΙΛΑΒΕΣΘΑΙ ΚΑΙ ΣΩΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΕΙΤΙΣ
ΚΑΛΓΗΙ ΟΙ ΔΕ ΚΟΣΜΟΙ ΟΙ ΤΟ ΚΑΕΙ ΚΟΣΜΙΟΝΤΕΣ ΑΝΑΓΚΑΖΟΝ
ΤΩΝ ΑΠΟΔΙΔΟΜΕΝ ΤΟΣ ΕΧΟΝΤΑΣ ΑΞΗΜΙΟΙ ΟΝΤΕΣ ΚΑΙ ΑΝ
ΤΙΠΟΔΙΚΟΙ ΑΓΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟ ΔΟΓΜΑ ΕΣ ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΤΑΣ ΕΛΕΥΘΥ

PRAEFATIONIS APPENDIX.

VIII. ΛΑΠΠΑΙΩΝ.

ΕΔΟΞΕ ΛΑΠΠΑΙΩΝ ΤΟΙΣ ΚΟΣΜΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑΙ ΠΟΛΕΙ ΕΠΕΙΔΗ
ΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΙ ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΟΥ ΤΗ
ΙΩΝ ΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΣ ΑΣΤΥΑΝΑΚΤΟΣ ΚΩΛΟΤΗΣ ΕΚΑΤΩΝ
ΥΜΟΥ ΕΠΕΛΘΟΝΤΕΣ ΕΠΙ ΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΕΝΕΦΑΝΙΣΑΝ
ΤΗΝ . . . .

IX.

ΚΛΑΥΔΙΑΝ ΠΑΛΙ
ΚΟΥ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΜΑΓΝΑΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝ ΤΟΝ ΕΚ ΠΡΟ . . . .

X.

17. Febr. 1719. Juxta viam, quae ducit ad Sigazik, in arvo.

— — — — — — — — — ΕΝ — —
— — — ΙΟΝ ΚΛΑΥΔΙΟΝ Μ. . ΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ
. . . ΟΝ ΦΥΣΕΙ ΔΕ ΕΡΜΟΘΕΣΤΟΥ ΚΥΡΕΙΝΑ ΦΙΛΙΣΙΕΑ
ΕΥΣΕΒΗ ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ ΝΕΟΝ ΝΑΘΑ
ΜΑΝΤΑ ΠΟΛΛΑ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΑ ΚΑΙ ΚΑΘΕΝΑ ΚΑΙ ΚΟΙΝΗ ΤΗ ΠΑ
ΤΡΙΔΙ ΠΑΡΕΣΧΗΜΕΝΟΝ ΕΥΧΟΜΕΝΗ ΤΟΙΟΥΤΟΥΣ ΕΙΣ ΑΙΕΙ
ΕΑΥΤΗ ΤΕ ΚΑΙ ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ΑΝΔΡΑΣ ΓΕΙΝΕΣΘΑΙ

XI.

Ο ΔΗΜΟΣ

Ο ΔΗΜΟΣ

DIS MANIBVS . . . . . .
. . . QVIR . . . . . .
CORVS . . . . . .
CLASSIS STRIACAE . . . . .
ECITV ΘΕΟΙΣ . . . . . .
ΕΙΝ . . . . . .
ΠΟΥ . . . . . .
ΚΟΣ ΣΤΟΥ . . . . . .
ΥΙΩ ΕΠΟΙΗΣΕΝ.

XII.

ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ
Ο ΝΕΩΤΕΡΟΣ
ΓΟΡΓΗ ΛΥΣΑΝΙΟΥ ΓΥΝΗ ΔΕ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ
ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ

XIII.

ΠΟΔΙΚΟΣ ΕΣΤΟ ΔΟΥΝΑΙ ΤΩ ΜΕΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΦΙΣΚ . . .
Ε. ΚΑΙ ΤΗ ΙΕΡΩΤΑΤΗ ΤΗΙΩΝ ΒΟΥΛΗ ✻ ΒΦ

XIV.

ΠΑΙΔΕΣ

ΗΦΗΒΟΙ

ΑΠΑΛΕΣ
ΤΡΩΙ

XV.

ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΣΤΡΑΤΟΝΙ
ΚΑΣ ΚΑΙ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΑΙ
ΣΩΤΗΡΟΣ . . . . . .

XVI.

ΑΤΤΑΛΩΝ
ΑΡΚΑΔΙΩΝ
ΓΝΩΣΣΙΩΝ
ΠΡΙΑΝΣΙΩΝ

XVII.

. . . ΚΑΙ ΤΩ ΔΗΜΩ . . . . . ΕΝΙΚΩΝ ΔΕ ΟΙΔ . .
. . . . . ΟΝΗΣΙΜΟΣ ΟΝΗΣΙΜΟΥ ΟΝΗΣΙΜΟΥ Α . . . .
. . . . . Ι ΟΝΟΘ . . . .
. . . ΔΙΟΝΥΣΟΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ
. . . ΑΤΡΟΔΩΡΟΥ ΛΕΒΕΔΙΟΣ
ΧΟΡΗΧΟΣ ΔΙΑΥΧΗΣ ΕΙΚΑΔΙΟΥ
ΠΥΡΡΙΚΗΣ ΚΑΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΥΛΗΤΩΝ
ΧΟΡΗΧΟΣ ΕΡΜΟΘΕΣΤΟΣ ΕΡΜΟΘΕΣΤΟΥ
ΑΥΛΗΤΗΣ ΜΕΝΟΔΟΤΟΣ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥ
Ο ΕΚ ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ . . .
ΑΥΛΗΤΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΧΟΡΗΧΟΣ
ΑΓΑΘΟΚΛΗΣ ΑΓΑΘΟΚΛΕΙΟΥΣ
Ο ΦΥΣΕΙ . , .
ΗΡΟΦΙΛΟΥ ΑΥΛΗΤΗΣ ΜΗΝΟΔΟΤΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥ ΤΟΥ ΕΚ ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ
. . . . . .

XVIII.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

XVIII.

In lapide effoſſo prope caſtellum Smyrnae.

ΑΚΤΙΑΚΟΣ ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ
ΦΥΛΗΣ ΑΜΜΩΝΙΔΟΣ ΑΓΟΡΑΣΑΣ
ΤΟ ΕΝΣΟΡΙΟΝ ΤΟ ΥΠΟΤΗΝΕ
ΠΙΓΡΑΦΗΝ ΔΙΑ ΤΩΝ ΕΝ ΣΜΥΡΝΗ
ΑΡΧΕΙΩΝ ΠΡΟΣΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕ
ΚΑΙ ΤΟ ΕΤΕΡΟΝ ΤΟ ΣΥΝΕΖΕΥΓΜΕ
ΝΟΝ ΕΑΥΤΩ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΙΑ ΤΗ ΑΙ
ΤΟΥ ΓΥΝΑΙΚΙ ΚΑΙ ΣΗΙΑ ΠΑΥΛΗ
ΤΗ ΦΥΣΕΙ ΘΥΓΑΤΡΙ ΚΑΙ ΤΕΚΝ
ΟΙΣ ΑΥΤΗΣ ΚΑΠΙΤΩΝΙ ΚΑΙ ΣΥΛ
ΛΑ ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΙΣ ΚΑΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕ
ΡΟΙΣ ΕΑΥΤΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΤΟΥΤΩΝ

XIX.

14. Febr. 1719. Apud Sigazik in ſolo veteris Tei in agro, ubi complures τύμβοι & cippi reperiuntur; ſed qui per infeſtiores tunc frequentioribus latrociniis vias inſpici non poterant.

Frondea corona.



Frondea corona.

Frondea corona.

ΑΤΕΙΜΗΤΟΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΖΩ
Η ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕ ΤΗΝ ΣΟΡΟ
ΕΑΥΤΩ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΓΟΝΕΙΣΙ
ΔΟΡΥΦΟΡΩ ΚΑΙ ΣΥΝΤΥΧΗ
ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑ ΠΩΛΙΤΤΗ ΤΗ ΚΑ
ΛΟΥΜΕΝΗ ΣΥΝΤΥΧΗ Α
ΔΟΡΥΦΟΡΕ ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ
ΣΥΝΤΥΧΗ ΧΡΗΣΤΗ ΧΑΙΡΕ
ΙΟΥΛΙΑ ΠΩΛΛΙΤΤΑ Η
ΚΑΛΟΥΜΕΝΗ ΣΥΝΤΥΧΗ
ΧΡΗΣΤΗ ΧΑΙΡΕ

Vimina torta.

Frondes cum pomis.

Frondes.



[*Sedes Tei veteris (ita enim putatur)* Sigaſik, Sigaziek, Sigazik, Sigazyk, Sigeſi, Segeſi, *varie legitur.*]

XX.

17. Febr. 1719. Ad cryptam lapideam in agro apud Teum in lapidea columna.

ΥΠΟΒΟΛΗΣ ΑΝΤΑΠΟΔΩΣΕΩΣ
ΖΩΙΛΟΣ ΖΩΙΛΟΥ
ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣ ΖΩΙΛΟΣ ΖΩΙΛΟΥ
ΜΕΣΗΣ ΗΛΙΚΙΑΣ ΥΠΟΒΟΛΗΣ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ ΑΤΤΑΛΟΥ
ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣ ΔΙΟΝΥΣΕΙΚΑΗ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΝ
ΠΟΛΥΜΑΘΙΑΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΖΩΓΡΑΦΙΑΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ

ΝΕΩΤΕΡΑΣ . .
ΗΡΑΚΛΕΩΣΗΣ . .
ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣ . . .
ΚΑΛΛΙΓΡΑΦΙΑ
ΛΑΜΠΑΔΟΣΗ . . . .
ΤΑΛΜΟΥ ΙΑΤΡΟ . . . .
ΚΙΘΑΡΙΣΜΟΥΜ . . . .
ΚΙΘΑΡΩΔΙΑΣ Α . . .
ΡΥΘΜΟΓΡΑΦΙΔΟ . . .
ΚΩΜΩΙΔΙΑΣ ΑΙ . .
ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΣ Κ . .
ΜΕΛΩΓΡΑΦΙΑ . .
ΡΟΣΝΙΚΙΟΝ .

XXI.

17. Febr. 1719. Ibi prope in arvo.

ΖΩΣΑ
ΑΠΟΛΛΩΙΝΙΑΣ
ΓΕΡΜΑΝΩΙ ΤΕ
ΚΝΩΙ ΙΔΙΩΙ Ι ΧΡΗΣ
ΤΩΙ ΧΑΙΡΕ

XXII.

19. Febr. 1719. In Zigazik in tonſtrina.



XXIII.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

XXIII.

In domo cujuſdam Effendi Magneſiae.

ΣΤΑΤΡΩ ΚΟΔΡΑΤΩ ΑΝΘΥΠΑ
ΤΩ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΔΙΟΓΝΙΤΟΥ
ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕ ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ Ε
ΑΥΤΩ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΕΚΓΟΝΟΙΣ
ΜΗΔΕΝΙ ΔΕ ΕΞΕΣΤΩ ΑΠΑΛΛΟΤΡΙ
ΩΣΑΙ ΑΥΤΟ ΕΚ ΤΟΥ ΓΕΝΟΥΣ ΜΟΥ
ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΑΠ ΑΛΛΟΤΡΙΩΣΗ Υ
ΠΕΥΘΥΝΟΣ ΕΣΤΩ ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΑΙ
ΣΑΡΟΣ ΦΙΣΚον Χ Γ

Adſcriptum erat poſt τι literam era ſam eſſe. fuit τις ἀπαλλοτριώσῃ

XXIV.

In via ad arcem Magneſiae apud fontem.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΣΕΒΗΡΟΝ
ΠΕΡΤΙΝΑΚΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ Ο ΔΗΜΟ . .
. . ΑΘΗΝ . . . . . ΤΣΜΙΟΥ
ΟΠΤΑΤΟΝ . . . . . ΤΟΣ
ΤΟΥ ΠΡΟΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ

XXV.

Grandibus litteris in lapide ſerra praeciſo in gradibus majoris cujuſdam templi Turcici Magneſiae.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ ΚΑΙ ΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕ

XXVI.

In baſi inverſa, in aquae receptaculum facta, ad introitum Magneſiae.

. . . . . ΜΟ
ΓΕΝΟΥΣ ΦΥΛΑΡΧΟΝ
ΤΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΤΟΥ ΑΣΚΛΗΠΙΔΟΥ
ΤΟΥ ΑΣΚΛΗΠΙΔΟΥ

XXVII.

In ſuperiore parte ſculpti lapidis Smyrnae.

Ο
ΔΗΜ
ΟΣ

ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΝ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΤΟΝ ΝΕΩΤΕΡΟΝ

XXVIII.

In via Teia.

. . . Ε ΣΟΥΕ . . . . . .
. . . ΥΠΑΤΟΝ ΤΟ ΒΑ . . .
. . . Η ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΟΥ . .
. . . . ΙΟΥΛΙΟΥ ΔΙΟ . . .
. . . . ΚΑΡΧΟΝ ΤΟ ΕΚΑ . . .
. . . ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ

XXIX.

In vico Touwrbaly in lapide ad xenodochium *Chan* dictum a Turcis.

. ΝΗΜΕΙΟΝ ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΑΝ
. . ΝΙΟΣ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΚΑΙ ΓΕΡ
. . . . ΟΣ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΕΑΥΤΟΙΣ ΚΑ
. . . . . ΚΑΙ ΓΥΝΑΙΞΙΝ ΚΑΙ ΑΤΕ ΕΑΥ
. . . . . ΕΝΙ ΔΙΣ ΔΕΞΕΣΤΑΙ ΠΩΛΗ
. . . . . ΣΙΝ ΤΙΝΑ ΘΕΙΝΑΣ

XXX.

Prope a Touwrbaly in via Epheſia in lapide ſito in medio aquae receptaculo.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΜΑΓΝΟΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟ .
ΤΟΝ ΓΛΑΥΚΩΝΟ ΤΟ Τ
ΓΑΤΡΙΔΟΥΝ ΔΙΑ ΤΑ -
ΕΚ ΓΛΑΥΚΩΝΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ
ΠΑΤΡΙΔΑ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ

[*Whelerus in tomo* I. *pag.* 245. Tourbali, *Sponius in tomo* I. *pag.* 188. *& Tournefortius in tomo* II. *pag.* 208. Tourbalé *vicum appellarunt.*]

XXXI.

In ſepulcreto Turcico prope xenodochium Epheſi in lapide recto humi abdito partem dimidiam fere, per nos effoſſo.



XXXII.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

XXXII.
Lapis totus ferme ſub terra in via xenodochii ad aquaeductum Epheſi per nos effoſſus, ſic ab uno latere legebatur.

ΤΗΝ ΠΑΝΗΓΥΡΙΝ ΚΑΙ ΑΤΕΛΕΙΟΝ
ΚΑΙ ΕΚΕΧΕΙΡΙΑΣ ΕΙΣ ΟΛΟΝ ΤΟΝ
ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΤΗΣ ΘΕΟΥ ΜΗΝΑ
ΤΥΧΟΝΤΑ ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΡΤΕΜΙΣΙ
ΑΚΗΝ ΚΡΙΣΙΝ ΚΑΤΑΣΤΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙ ΤΑ ΘΕΜΑΤΑ ΤΟΙΣ ΑΓΩΝΙΣ
ΤΑΙΣ ΑΥΞΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΝΔΡΙ
ΑΝΤΑΣ ΤΩΝ ΝΙΚΗΣΑΝΤΩΝ
ANASTHSANTA
ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤ
Λ ΦΑΙΝΙΟΥ ΦΑΥΣΤΟΥ
ΤΟΥ ΣΥΓΓΕΝΟΥΣ ΑΥΤΟΥ

XXXIII.
Ab altero latere ejuſdem lapidis.

ΕΤ ΑΛΛΑ ΚΑΙΠΑ
ΤΑΧΟΥ ΑΝΕΙΣΘΑΙ ΑΥΤΗΣ ΙΕΡΑΤΕ ΚΑ
ΑΥΤΗ ΤΕ ΕΙΔΡΥΣΘΑΙ ΚΑΙ ΒΩΜΟΥΣ ΑΝΑΚΕΙΣ
ΤΑΣ ΥΠ ΑΥΤΗΣ ΓΕΙΝΟΜΕΝΑΣ ΕΝΑΡΓΕΙΣ ΕΠΙΦΑΝΕΙ
ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΔΕΜΕ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΥΤΗΝ ΣΕΒΑΣ
ΜΟΥ ΕΣΤΙΝ ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ ΤΟΙ . . . ΩΝΥΜΟΝ ΑΥΤΗΣ
ΕΙΝΑΙ ΜΗΝΑ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΝ ΠΑ · · ΝΜΕΝ ΑΡΤΕΜΙΣ
ΩΝ ΠΑΡΑ ΔΕ ΜΑΚΕΔΟΣΙΝ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΛΟΙΠΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙΝ
ΤΟΙΣ ΕΛΛΗΝΙΚΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΠΟΛΕΣΙΝ
ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΝ ΕΝΩΝΗΝΙ ΠΑΝΗΓΥΡΕΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΙΕΡΟ
Λ ΑΙ ΕΠΙΤΕΛΟΥΝΤΑΙ ΔΙΑΦΕΡΟΝΤΩΣ ΔΕ . . . . Λ/
. . . ΤΕΡΑ ΠΟΛΕΙ ΤΗ ΤΡΟΦΩΤΗΣΙ ΔΙΑΣ ΘΕΟΤ ΗΣ ΕΦ.
ΑΣ . ΠΡΟΣΗΚΟΝ ΔΕ ΕΙΝΑ ΜΗΓΟΤΜΟΣ Ο ΔΗΜΟΣ
ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΛΟΝ ΤΟΝ ΜΗΝΗ ΤΟΝ ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΤΟΥ C:
ΝΟΜΑΤΟΣ ΕΙΝΑΙ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΑΝΑΚΕΙΣΘΑΙ ΤΗ ΘΕΩ
ΕΔΟΚΙΜΑΣΕΝ ΔΙΑ ΤΟΥΔΕ ΤΟΥ ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΣ . . . .
ΝΑΙ ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ ΘΡΥΣΚΕΙΑΝ ΔΙΟΔΕΔΟΧ . .
. Λ ΟΝΤΟΝΗΝΑΤΟΝ ΑΡΤΕΜΙΣΙΩΝ ΑΕΙΝΑ . . .
. . ΑΣ ΙΕΡΑΣ ΑΓΕΣΟ ΑΕΙΔΕ ΕΠΑΥΤΑΙΣ ΜΗ Λ . . . .
ΔΕΙΟΥΣ ΤΑΣ ΕΟΡΤΑΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΩΝ ΑΡΤΕΜ . .
— ΥΡΙΝ ΚΑΙ ΤΑΣ ΙΕΡΟΜΗΝΙΑΣ ΑΤΕΙΟΥ ΜΗΝΟΣΟ
— ΝΟΥ ΤΗ ΘΕΩ ΟΥΤΟ ΓΑΡΕΠΙΤΟ ΑΜΕΙΝΟΝ ΤΗΣ
— ΝΗΣ Η ΠΟΛΙΣ ΗΜ [ ] ΙΔΟΞΟΤΕΡΑΤΕ ΚΑΙ ΕΥΔ
♡ ΕΙΣ ΤΟ [ ] Ν ΤΑ ΔΙΑ ΜΕΝ

XXXIV.
Ad aquaeductum Epheſi.

ΟΥΛΗ . . . . . .
ΗΣ ΠΡΟΤΗΣ . . . . . .
ΚΑΙ ΔΙ . . ΩΝΑ . . . ΦΙΛΟ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΕΦΕΣΙΩΝ ⊡ΑΙ .
— ΛΟΥΚΚΗ ΤΟΥ ΤΟΡΚΟΥΑΤ .
— ΕΖ ΒΕΒΥΛΑΝ ΚΑΙ ΑΝΤΙ
— ΤΟΝ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΛΟΤΙΣΤΗ
— — ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ
ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΝ ΤΗ ΑΝΑ
ΣΤΑΣΙΝ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ Α
Τ. Ν. . . . . ΜΑ
ΚΕΛΑΙΝΟΥ ΚΑΙ ΠΟΜΠΗΙ
ΜΗΤΡΟ . . . ΙΟΣ ΑΙΔΙΟΝΟΤΟΥ ΕΙΣ
ΑΡΧΟΥ

XXXV.
Ad tertium arcum ejuſdem aquaeductus.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ

ΕΦΕΣΙΩΝ ΒΟΥΛΗ
. . Τ ΓΡΑΜΜΑΤΕΟΣ

XXXVI.
Supra ibidem.

ΑΒΕΙΝΑΝ

XXXVII.
Ad quintum arcum aquaeductus in lapide inverſo.

ΦΑΔΙΛΛΑΝ
ΘΥΓΑΤΕΡΑ
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ ΘΕΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ

XXXVIII.
Ad ſeptimum arcum.

Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ	ΦΑΔΙΛΛΑΝ	— — —
ΟΝ ΣΕΒΑΣ	ΘΥΓΑΤΕΡΑ	— ΘΥΓΑΤ
ΝΙΚΟΝ	ΜΑΥΡΗΛΙΟΥ	. . ΜΑΥΡ
ΣΕΟΥΗΡΟΝ	ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ	ΑΝΤΩ .
	ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ	ΚΑΙΣΑΡΟ

XXXIX.
Ad decimum arcum in lapide inverſo.

. . . . . ΛΟΣ
. . . . . ΕΡΜΙΟΥ
. . . . . ΝΕΩ ΠΟΗΣ
. . . . ΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣ
ΥΠΟ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ
ΧΡΥΣΕΩ ΣΤΕΦΑΝΩ

XL.
Ad aquaeductum in XIIII. arcu ſupra.

C△C ⇓Φ

PRAEFATIONIS APPENDIX.

XLI.

Infra in lapide inverſo.

ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΤΙΟΝ Μ ΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ

XLII.

Infra.

. . . ΒΑΣΤΩΝ Η ΦΙΛΟΣΕΒΑΣ . .
ΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΤΟΥ . . .

XLIII.

Ad xv. arcum.

ΤΗΣ ΚΑΙ ΜΕΓΙΣΤΗΣ

XLIV.

Ex altero latere in lapide inverſo.

ƆΟΝΤΙΗ

XLV.

Ad xvi. arcum in lapide inverſo.

. . . ΣΩΤΗΡΟ . . .
. . . ΤΟΝ ΣΟΦΙΣ . . .
. . ΚΑΤΑ ΨΗΦΙΣΜΑ

XLVI.

Ad xxxiii. arcum.

ΑΥΡ. ΣΕΠΤΙΜΙΟ
ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΟΥ
ΦΙΛΑΔΕΛΦ . . .

XLVII.

Ibi prope.

ΝΩΝ . . . ΙΜΟΥ
ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΛΑΥΔΙΟΥ
ΓΛΑΥΚΩΝΟΣ ΥΙΟΥ
. . ΡΩΡΕΣΙΟΥ ΤΟΥ Γ
. . ΕΤΟΥ ΔΗΜ

XLVIII.

Ad eundem in lapide inverſo.

ΗΛΙΟΝ ΑΥΡΗΛΙΟΝ Φ. . .

XLIX.

Ad xxxii. arcum in lapide inverſo.

ΔΕ ΕΝΕΟΠΟΙΗΣΑΝ. ΑΣ ΘΑ . .
Ι ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ ΤΙΒΕΡΙΟΥ . . .
ΑΥΔΙΟΥ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΡΩΜΥ
Υ ΔΙΕΡΑΤΕΥΟΥΣΗΣ
ΑΥΔΙΑΣ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΥ
ΓΡΟΣ ΒΑΛΕΡΙΑΝ Η
ΙΕΡΟΚΗΡΥΚΙ

L.

Ad xxxiii. arcum in lapide inverſo.

ΕΥΘΗΝΟΣ ΕΥΠΕΙΘΕΟΣ
ΙΟΣ ΠΑΤΡΟΚΛΕΟΣ ΔΑΙΔΑΛΟΣ ΕΡΓΑΣΑΤΟ

LI.

Ad eundem arcum in lapide inverſo.

. . . ΔΙΩΔ
. . . ΣΑΡΙ ΣΕΒ . . . .
. . . Ω ΑΡΧΙΕΡΕΙ . . . .
. . ΡΙ ΠΑΤΡΙΔΟΣ . . . .
. . ΑΤΟΡΙ ΚΑΤΑΤΗΝ . . . .
. . Ν ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΛΑ . .
. . ΜΟΝΙΚΟΥ ΟΙΚ . . .
. ƆΙ ΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗ

LII.

Ad xxxvi. arcum in lapide fracto, & humi jacente.

ΟΣ
ΟΔΗΜΟΣ
ΝΕΟΚΟΡΩΝ
ΤΩΝ ΕΦΕΣΩΑ
ΤΕΤΟΝΤΟΣ
Υ ΠΟΠΛΙϛ
ΛΙƆVƆ

LIII.

In baſi inverſa.

ΜΙΔ ΑΥΡ ΔΙΟΝΥΣΙΟΝ

LIV.

Ad xxxvi. arcum.

ΑΚΕΛΙΟΝ ΓΑΑΒΙΩΝΑ
ΤΟΝ ΤΠΑΤΙΚΟΝ
ΚΑΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΑΦΡΙΚΟΣ
ΑΙΜΙΛΙΟΣ ΛΑΤΕΝΙΑ
ΝΟΣ ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΟΣ
ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΦΙΛΟΝ

LV.

Ad eundem in lapide inverſo.

ΜΙ ΤΔ ΑΥΡΔΙΟΝΥΣΙΟΝΙΟΝ ΙΕΡΟΚΗΡΥΚΑ ΚΑΙ ΒΑΣΙΑΡΧΟΥ ΕΚ ΤΟΝ . . .
Τ ΦΑΜΟΥΝΑΤΙΟΣ ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣ Ο ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΚΑΙ ΑΣΙΑΡΧΗ . . .

ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΚΑΙ ΜΕΓΙΣΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΗΣ ΑΣΙ . . .

ΚΑΙ Β ΝΕΟΚΩΡΩΝ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΟΛ . . .

LVI.

Ad eundem arcum in lapide fracto.

— ΑΥΤΟΚΡΑΤ — —
— — ΙΑΝΟΥ ΠΑΡΘΙΚ
— — ΕΟΥ—ΒΟΥΛ—ΤΙΩΝ

PRAEFATIONIS APPENDIX.

LVII.
Prope a xxxvi. arcu in lapide calce lito, & semisepulto.



LVIII.
Ad xxxx. arcum in lapide in latus jacente.



LIX.
Ad eundem arcum in recto lapide.



LX.
Juxta in abrupto lapide grandibus litteris.



LXI.
Ad xxxxi. arcum in lapide in latus jacente.



LXII.
In alio lapide item in latus jacente.



LXIII.
Ad xxxxii. arcum.



LXIV.
Ibi prope in alio lapide.



LXV.
Ad xxxxi. arcum.



LXVI.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

LXVI.
Ad xxxxv. arcum.

ΟΥΑΠΙΑΝ ΕΥΟΔΙΑΝ ΜΟΥ
ΔΙΑΝΑΝ ΤΗΝ ΙΡΕΙΑΝ ΤΗ.
ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΜΟΥ
ΔΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΕΥΟΔΙΑΣ ΕΚΓΟ
ΝΗΝ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΙΔΙΟΝ.
ΣΙΟΥ ΓΕΝΟΣ ΕΧΟΥΣΑΝ ΑΝ.
ΘΕΝ ΙΕΡΕΙΩΝ ΚΑΙ ΚΟΣΜΗΤΕ
ΡΩΝ ΑΔΕΛΦΗΝ ΟΥΑΠΙΑΣ . .
ΣΤΡΑΤΩ ΚΟΣΜΗΤΕΙΡΗΣ Ε .
ΤΕΛΕΣΑΣΑΝ ΤΑ ΜΥΣΤΗΡΙΑ
ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΑΝΑΛΩΜΑΤΑ
ΠΟΙΗΣΑΣΑΝ ΔΙΑ ΤΩΝ ΓΟΝΕ

LXVIII.
Via, qua in arcem itur, Epheſi.

ΒΟΥΛΗ
ΕΤΕΙΜΗ . . .
ΟΦΕΛΑΙΟ . . .
ΑΙΟΥ ΑΣΙΑ . . .
ΧΟΥ ΚΑΙΣ . . .
ΚΑΙ ΝΕΟΠ . . .
ΝΗΛΙΑΣ Δ . . .
ΙΟΝΑΣ . . . .
ΤΚΑΤ. I . . .

LXIX.
Juxta in parvo lapide.

ΟΥ ΕΙΔΕ ΤΙΣ
ΣΕΙ 7

LXX.
Eadem via propter aedem S. Joannis.

. . ΝΩΝΙ ΕΦΕΣΩ . .
. . ΑΙ ΑΥΡΑΡΑΤΙΛΟΣ
ΣΥΝΓΗΝΙΔΟΣ 7
ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΟΝ
ΦΛΑΒΩΝΤΟΣ ΦΛΑΚ
ΚΙΛΛΟΣ
ΣΥΝΑΡΧΟΝ

LXVII.
Ad unum ex arcubus proxime Epheſum.

ΑΛΟΝ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΠΡΙΣΚΟΝ

ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΝ

ΑΡΧΙΑΤΡΟΝ ΔΙΑΓΕΝΟΥΣ
ΝΕΟΠΟΙΟΝ ΜΟΝΟΝ ΚΑΙ
ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΤΡΙΤΟΝ ΒΟΥ
ΛΕΥΤΗΝ ΣΥΝ ΠΑΤΡΙ ΚΑΙ
ΑΔΕΛΦΩ ΝΟΠΟΙΟΝ ΤΩ
ΑΥΤΩ ΕΤΕΙ ΝΟΠΟΙΗΣΑΝ
ΤΑ ΣΥΝ ΤΩ ΑΔΕΛΦΩ ΔΟΝ
ΤΑ ΣΥΝ ΤΩ ΑΔΕΛΦΩ ΥΠΕΡ
ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΣ ΤΗΣ ΑΝΤΩΝΙ
ΑΝΗΣ ΟΥΣΙΑΣ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΠΑ
ΤΡΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΜΥ
ΡΙΑΔΑΣ ΔΥΟ ΗΜΙΣΥ ΚΑΘΑ
ΥΠΕΣΧΟΝΤΟΙ ΕΝΗ ΕΚΚΛΗΣΙ
Α ΥΠΕΡ ΤΕ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΑΥ
ΤΩΝ ΟΙΚΟΔΕΣΠΟΣΥΝΗΣ
ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ ΑΝΑΣΤΗΣΑΝ
ΤΟΣ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΑΣΚΛΗ
ΠΙΑΔΟΥ

ΕΠΙ ΑΡΧΗ ΣΚΗΠΤΟΥΧΟΥ ΕΡΜΙΠΠΟΥ

ΠΥΡΩΝΚΑΤΟΚΛΕΟΥ

LXXI.
Scalae novae ad Graecorum aedem a latere veſtibuli vir in equo ſculptus dextra manu cuidam pone eum ſtanti porrigens rotundum aliquid inſtar patellae vel panis; infra haec inſcriptio corrupta.

ΑΝΕΛΠΙΣ ΑΝ ΕΡΩΜ Δ
ΝΙ ΜΝΕΙΑΣ ΧΑ

LXXII.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

LXXII.

Ad fontem extra portam orientalem vici Sigazik. 17. Febr. 1719.

ΣΤΡΑΤΑΓΕΟΝΤΟΣ Α. ΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΛΥΔΩΝΙΟΥ ΠΑΝΑΤΩ ΛΙΚΟΙΣ
ΕΠΕΙ ΤΗΙΟΙ ΠΡΕΣΒΕΥΤ. Σ ΑΠΟΣΤΕΙΛΑΝΤΕΣ ΠΥΘΑΓΟΡΑΝ ΚΑΙ ΚΛΕΙΤΟΝ ΤΑΝ ΤΕ ΟΙΚΕΙΟΤΑΤΑ
ΚΑΙ ΤΑΝ ΦΙΛΙΑΙΑΝ ΕΝ ΠΟΥΝΤΟ ΚΑΙ. ΑΡΕ. ΑΛΕΟΝ ΤΟΥΣ ΑΙΤΟΛΟΥΣ ΟΠΩΣ ΤΑΝ ΤΕ ΠΟΛΙΝ
ΑΥΤΩΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΧΩΡΑΝ ΕΠΙΧΩΡΗΣ. Ν. ΤΗ ΕΡΑΝΕΙΜΕ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΝ ΤΟΥ ΔΙΟΝΤΣΟΥ
ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΤΟΙΣ ΑΙΤΩΛΟΙΣ ΠΟΤΙ ΤΟΥΣ ΤΗΙΟΥΣ ΤΑΝ ΦΙΛΙΑΝ ΚΑΙ ΟΙΚΕΙΟΤΑΤΑ ΤΑΝ ΥΠΑΡΧΟΥΣΑΝ
ΔΙΑΦΥΛΑΣΣΕΙΝ ΚΑΙ ΤΑ ΨΑΦΑΣΜΑΤΑ ΠΡΟΣ ΚΡΟΝ ΓΕΓΟΝΟΤΑ ΑΥΤΟΙΣ ΠΕΡΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΦΙΛΑΝ
ΘΡΩΠΩΝ ΚΑΤΑ ΜΟΝΑ ΕΙΜΕΝ ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΔΕ ΑΥΤΟΙΣ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΑΙΤΩΛΩΝ ΤΑΣ ΤΕ ΠΟΛΙΟΣ ΚΑΙ ΤΑΣ
ΧΩΡΑΣ ΤΑΝ ΑΝΕΡΩΣΙΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΑΝ ΚΑΘΩΣ ΚΑΙ ΟΙ ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙ ΑΕΙΟΥΝ ΚΑΙ ΜΗΘΕΝΑ ΑΙΤΩΛΩΝ ΜΗΔΕ ΑΦ
ΤΩΝ ΕΝ ΑΙΤΩΛΙΑ ΚΑΤΟΙΚΕΟΝΤΩΝ ΑΓΕΙΝ ΤΟΥΣ ΤΗΙΟΥΣ ΜΗΔΕ ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΕΩΙ ΚΑΤΟΙΚΕΟΝΤΑΣ ΝΗ ΔΑΜΟΘΕΝ
ΟΡΜΩΜΕΝΟΥΣ ΑΛΛΑ ΤΑΝ ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΙΑΝ ΕΙΜΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΤΕ ΑΠ ΑΙΤΩΛΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΙ
ΤΩΛΙΑΙ ΚΑΤΟΙΚΕΟΝΤΩΝ ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΚΑ Α. . . ΙΗ ΑΥΤΟΥΣ Η ΤΑ ΕΚ ΤΑΣ ΠΟΛΙΟΣ Η ΧΩΡΑΣ ΤΑΜΕΝΕΝΑ
ΦΑΝΗΝΑΝ ΑΠΡΑΣΣΕΙΝ ΤΟΝ . . . . . ΣΥΝΕΔΡΟΥΣ ΚΕΙ ΤΟΥ. ΕΝ ΑΡΧΟΥΣ ΤΩΝ ΔΕ
ΑΦΑΝΕΩΝ ΥΠΟΔΙΚΟΥΣ ΕΙΜΕΝ ΤΟΥΣ . . ΝΗΚΟΤΑ ΕΠΙΝΟΜΕΝΑΣ ΤΟΙΣ ΤΗΙΟΙΣ ΤΑΣ ΕΓΔΙΚΑΣΙΟΣ
ΚΑΙ ΤΑΣ ΛΟΙΠΑΣ ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣ ΚΑΘΩΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΟΙΣ ΤΕΧΝΙΤΑΙΣ Ο ΝΟΜΟΣ ΤΩΝ
ΑΙΤΩΛΩΝ ΚΕΔΕΥΕΙ ΟΠΩΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΚΑΤΑΧΩΡΙΣ ΘΗΙΑ ΑΝΙΕΡΩΣΙΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΙΑ
ΤΟΥΣ ΚΑΤΑΣΤΑΘΕΝΤΑΣ ΝΟΜΟΓΡΑΦΟΥΣ ΚΑΤΑ ΧΩΡΙ. ΑΙ Ε. ΕΙ ΚΑΙ ΑΙ ΝΟΜΟΓΡΑΦΙΑΙ ΓΙΝΩΝΤΑΙ
ΕΝ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ

Inſcriptum erat grandibus litteris,

ΑΙΤΩΛΩΝ

LXXIII.

Frondea corona.

ΟΔΗΜΟΣ

ΔΗΜΟΚΛΗΝ
ΔΕΜΟΚΛΗΟΥΣ

Frondea corona.

ΟΔΗΜΟΣ

ΔΗΜΟΚΛΗΝ
ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ

Stans ſimulacrum & adſtans puer,	inter ſe copulatis dexteris.	Simulacrum in ſella ſedens, laeva ad ventrem admota; juxtaque adſtans puer.

Adfabre ſculptum, & bene conſervatum, cum carmine ſubſcripto.

ΤΟΝ ΠΙΝΥΤΟΝ ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΚΑΙ ΕΞΟΧΟΝ ΕΝ ΠΟΛΙΗΤΑΙΣ
ΑΝΕΡΑ ΓΗΡΑΛΕΟΥ ΤΕΡΜΑ Τ ΕΧΟΝΤΑ ΒΙΟΥ
ΑΙΔΕΩ ΝΤΧΙΟΙΟ ΜΕΛΑΣ ΥΠΕΔΕΞΑΤΟ ΚΟΛΠΟΣ
ΕΥΣΕΒΕΩΝ Θ ΟΣΙΗΝ ΕΥΝΑΣΕΝ ΕΣ ΚΑΙΣΙΗΝ
ΜΜΝΜΑ Δ ΑΠΟΦΘΙΜΕΝ ΟΙΟ ΠΑΡΑ ΤΡΗΧΗΑΝ ΑΤΑΡΠΟΝ
ΤΟΥΤΟ ΠΑΙΣ ΚΕΔΝΗΙ ΤΕΤΞΕ ΣΥΝ ΕΥΝΕΤΙΔΙ
ΞΕΙΝΕ ΣΥ Δ ΑΕΙΣΑΣ ΔΗΜΟΚΛΕΟΣ ΥΙΕΑ ΧΑΙΡΕΙΝ
ΔΗΜΟΚΛΕΑ ΣΤΕΙΧΟΙΣ ΑΒΛΑΒΕΣ ΙΧΝΟΣ ΕΧΩΝ

* * * * * *

„ Su-

PRAEFATIONIS APPENDIX.

„ Superiorum Inſcriptionum ſeptemdecim primas accepi a Viro Nobiliſſ. Iuſtino de Hochepied, Belgicae natio-
„ nis apud Smyrnaeos Conſule, qui eas nondum editas eſſe dicebat. Sed potuerunt deinde edi: nam ſunt anni paul-
„ lo plus duodecim, quum eas ab illo accepi. Ceteras, quarum prima eſt N. XVIII. ΑΚΤΙΑΚΟΣ, poſtrema N. LXXIII.
„ ΤΟΝ ΠΙΝΥΤΟΝ, Smyrna ad me proximis tribus annis miſit Hermannus van der Horſt V. D. M. apud Belgas, qui
„ Smyrnae ſunt. Sequentes neſcio unde acceperim: ſed puto ab eodem Cons. de Hochepied. *Dukerus.*

I.
SOLI
INVICTO
O. CAECILIVS
LAETVS
LEG. AVG.
V. L. S.
I. O. M
CETERIS. DIS
DEABVSQ[UE]
. . . . . .
AVG. LEG. XIII. G
V. L. S.

II.
SOLI
Q. MARTIVS VIC
TOR FELIX MAXIMI
LIANVS LEG. AVG. G.
LEG XIII GET. PVLI. A
IENA CAELIANA
C. FEIVS ET P. MAR
CIVS VICTOR MA
XIMILIANVS G. P.
FILIVS VOTO.

III.
SOLI INVICTO
AEDI. M. RESTITVIT
C. C. AERELLIVS
SABINVS
LEG. AVG.
LEG. XIII GEM.

IV.
I. O. M.
AETERNO
T. F. I. FLAVIANVS
AVG. M. S. AP. ET. DEC.
COLL. FABR. VNAE [L]IA
VINDIACON VCE SVA
QVOD P. ROSE TETLA
VIV[S] RESTVTO FLAVINO
FILIS SVIS VOVERANT
V. S. L. M.

V.
I. O. M
CONSERVATORI
M. VALERIVS LON
GINVS VG. LEG. LEG.
XIII. GEM. SEVE
RIANAE CVM
SVIS EX VOTO

VI.
I. O. M.
AETERNO
C. IVL. VALENTI
NVS VIR PRI
MVS ANNVAL.
MVN. SEP. APVL.
EP. ATR. COLL. FAB.
MVNIS EX VOTO
POSVIT.

VII.
IMP. CAES.
M. AVR. ANT. AVG. III. ET
IM. CAES.
L. AVR. VER. AVG. II. COS.
PER. LEG. XIII. G. SVB. CVR.
P. FVRI SATVRNINI. LEG.
PR. PR. COS. DES.

VIII.
GENOLOG
ΕΡΟΡ MAGNI
PAPPIANVS
MATERNVS
PRO SE E. M.
VETTO BEL
LATOR EX
VL. SSOL. M.

IX.
GENIO PRAE
TORII II VIVS
M. VAL. LON [illegible]
GINVS. LEG.
LEG. XIII. G.
SEVERINVS
CVM SVIS
VOTVM.
POSVIT.

X.
D. M.
VIXIT ANNIS
XXIIII. LVPV
LA FRTϱI B.
M. POSVIT

Chartas

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Chartae quoque illius, quem ſupra laudavi, vander Horſt inſcriptiones, quae ſequuntur, continebant.

Inſcriptiones in diverſis itineribus deſcriptae, aut ex quorumdam adnotationibus.

I.

Epheſi ad portam arcis.

Η ΒΟΥΛΗ ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ
ΠΟΠΛΙΟΝ ΑΙΛΙΟΝ ΦΛΑ
ΒΙΑΝΟΝ ΑΠΟΛΛΟΔΩ
ΡΟΝ ΑΣΠΕΝΔΙΟΝ ΦΙΛΟ
ΛΟΓΟΝ ΤΟ ΔΕ ΜΝΗ
ΜΕΙΟΝ ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ
ΠΟΠΛΙΟΣ ΑΙΛΙΟΣ ΦΛΑ
ΒΙΑΝΟΣ ΣΩΙΛΟΣ Ο
ΑΔΕΛΦΟΣ ΑΥΤΟΥ ΣΗ

II.

Prope ruinas templi Epheſiae Dianae in vetere propylaco.

ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ Π ΟΥΗΔΙΟΥ
ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ
ΟΥΗΔΙΟΣ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣ
ΝΕΩΤΕΡΟΣ ΖΗΙ ΟΥΗΔΙΑ ΣΕ
ΚΟΥΝΔΑ ΖΗΙ ΟΥΗΔΙΑ ΝΕΙ
ΚΟΠΟΛΙΣ . . . . .

III.

In arce Smyrnae ad praefurnium, ſive ad oſtium fornacis.

— — — — — —
— — ΙΝ ΕΧΑΡΙΣΑΤΟ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙ
— — ΟΥΗΝΣ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΝΤΟΣ
— — Ν ΝΟΜΟΥΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΠΛΑΔ

IIII.

In lapide apud Smyrnam invento grandibus litteris.

ЄΠΙΚΤΗΤΟ
ΠΑΙΔΑΓΩΓΟ
ΚΟΜΨΟ
ΧΑΙΡЄΤЄ
ΠΑΝΤЄϹ
ΧΑΙΡΩ ΛЄ
ΚΑΙ ΑΥΤΟϹ

V.

In alio lapide apud eandem urbem reperto.

— — — — — — — —
ΙΩ ΚΑΙ Ι[illegible]ΝΑΙΔΙΙVΛΙΙ
ΟΙΣ ΚΑΙ ΘΡΕΜΜᾹΣΙ ΜΗ,Δ̄,Ε
ΣΕΧΟΝΤΟΣ ΕΞΟΥΣΙΑΝ Μ
ΤΕ ΠΩΛΗΣΑΙ ΜΗΤΕ ΑΠΑΛΛΟ
ΤΡΙΩΣΑΙ ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΑΠΑΛΛΟ
ΤΡΙΩΣΗ ΔΩΣΕΙ ΤΩ ΦΙΣΚΩ ΧΦ
ΤΑΥΤΗΣ ΤΗΣ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ
ΑΠΟΚΕΙΤΑΙ ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ
ΙΣ ΤΟ ΑΡΧΕΙΟΝ ΤΟ ΕΝ ΣΜΥΡΝΗ

VI.

In lapide ex inſula. . . . Smyrnam deportato, referente ſculptam adfabre muliebrem formam, paſſis crinibus; uſque ad talos demiſſa veſte, & alia ſuperinduta. Ad dextram arbor, & in dextra ruptum & ignorabile quiddam hac fere figura [illegible]; at in laeva demiſſa ruptum aliquid & corbulae ſimile hac fere figura [illegible]. Supra circulus aut orbis cum corona frondea; inibi Ο ΔΗΜΟΣ.

Infra
ΙΣΙΑΔΑ ΜΗΤΡοΔΩΡΟΥ ΛΑΟΔΙΚΙΔΑ

VII.

In lapide fracto & jacente in flumine apud pontem, qui vulgo dicitur *Ponte Caravane.*

— — — — — ΝΗΣ
— — ΑΛΟΥΜΕΝΗΣ
— — ΝΔΕΥΚΕΝΑΙΤ
— — ΜΟΝΗΣ ΤΗΣ Α
— — ΟΝ ΦΙΣΚΟΝ
— — ΗΔΟΝΤΑΙ ΟΙΤΗΣΟΥ

VIII.

In via inter urbem Magneſiam & vicum Durgüthly in lapide perquam corrupto: non obſervato cujuſque verſus ordine; ſed recognitis, quoad potuerint recognoſci, litteris.

— — — ΥΡΗΛΙΩ ΚΟΥΤ — — Μ — — —
ΣΑ ΑΛΕΞΙΝΟΟΥ — — — — Ω
ΕΚ ΤΗΣ ΔΙΑΤΑΓΗΣ — — —
ΚΑΡΜΟΥ ΤΩ ΙΔΙΩ ΦΙΛΩ — —
— — ΕΥΕΡΓΕΤΗ — — — — —

VIIII

In lapide hoc diſtichon Graecum.

ΤΟΥΤΟΝ ΑΝ ΕΙΣΟΡΑΑΣ ΤΥΠΟΝ ΟΡΘΙΟΝ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΔΩΡΟΘΕΟΣ ΠΤΕΛΕΗ ΘΗΚΑΤΟ ΚΡΥΠΤΟΜΕΝΟΝ

X.

In baſi columnae marmoreae Corinthii generis in horto Turcici cujuſdam gynaecei Conſtantinopoli invenitur ab uno latere elegantibus litteris inciſum,

FORTVNAE REDVCI
OB DEVICTOS GOTHOS

& ab altero,

ΙC̄ X̄C̄ NI KA

XI.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

XI.

In nova domo Turci primarii, qui *Hadgi Oſman Aga* appellatus eſt, in lapide in aquae receptaculum facto rudibus litteris inciſum.

ΚΩΝΤΑΝΤΙΝΩΝ ΤΩΝ ΝЄΩΝ ΗΡΑΚΛΗΟΥ
ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΗΟΥ ΤΩΝ ЄΥCЄΒЄCΤΑΤΩΝ
ΚΑΙ ΘЄΟΦΥΛΑΚΤΩΝ ΗΜΩΝ ΔЄCⲂⲂ

XII.

In lapide jacente circiter CCC. paſſus extra urbem prope amnem, qui Meles putatur eſſe.

— — — — — ΜΕΝΟΣ
ΙΕΡΟΝ
ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ
ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΔΟΣ
— - - ΟΥ ΗΔΕ Κ —
— - ΤΟ ΠΑΡΑΠ- - - Α
— - ΕΝΟΝ ΑΠΟ ΤΩΝ
— - ΛΕΘΡΩΝ ΚΑΤΑ
ΤΑΣΣΕΤΑΙ ΕΙΣ
ΤΑΣ ΙΕΡΑΣ [ΜΗ
ΤΡΟΣ ΟΔΟΤΣ

XIII.

Smyrnae in domo cujuſdam Graeci Zachariae nomine duae muliebres imagines ſculptae adfabre & incorruptae; altera cum hac inſcriptione,

ΚΑΣ ΛΥΣΙΜΑΧΗΝ ΤΗΝ ΦΙΛΑΝΔΡΟΝ
Ο ΘΡΕΨΑΣ ΘΗΑΤΜΙΤΡΗΣ

altera cum hac inſcriptione,

— — ΤΗΝ ΝΕΑΝ ΜΥΗΣΙΗΝ ΠΟΛΙΝ
— — — — ΤΙΑΣ ΑΤΤΙΚΟΣ

XIIII.

Supra murum ſepulcreti Turcici prope a vico Judaeorum Smyrnae, non obſervato cujuſque verſus ordine.

ΜΑΡΚΟΣ ΒΟΛΟΥΣΣΗΝΟΣ
ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ
ΜΥΛΑΣΕΥΣ ΚΑΙ ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ
Ο ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΚΑΤΕΣ
ΧΕΥΑΚΩΣ ⊢ ΖΗ

XV.

In horto prope urbem Smyrnam in magno ſarcophago cum operculo.

ΜΑΡΚΟΣ ΦΑΒΙΟΣ ΜΑΡΚΟΥ ΦΑΒΙΟΥ ΥΙΟΣ ΓΑΛΕΡΙΑ
ΙΩΝΙΟΣ ΕΤΩΝ ϚΚΑ

XVI.

In lapide, qui olim fuit in domo Guilelmi Sherard Britannici conſulis Smyrnae, legebatur haec inſcriptio; ſed non eodem ordine verſuum.

ΒΕΒΙΑ ΑΠΦΕΙΝΤΟ ΘΩΡΑΚΕΙΟΝ ΚΑΙ
ΤΑ ΕΝ ΣΟΡΙΑ ΚΑΙ ΤΗΝ ΣΟΡΟΝ ΤΗΝ ΕΠΙ
ΤΩ ΘΩΡΑΚΕΙΩ ΚΑΙ ΤΑ ΟΙΚΗΜΑΤΑ
ΠΡΟΣΚΕΙΜΕΝΑ ΟΙΚΟΣ ΚΛΕΙΜΑΞ ΚΟΙ
ΤΩΝ ΜΕΔΕΙΑΝΟΝ ΤΡΙΚΤΕΙΝΟΝ ΟΣ ΤΟ ΘΗ
ΚΑΙ ⊂ΒΣ ΕΙΣ ΕΛΥΣΙΣ ΕΑΥΤΗ ΚΑΙ
ΣΥΝΤΡΟΦΩ ΤΩ ΑΝΔΡΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΤΕΚ-
ΝΟΙΣ ΑΥΤΗΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΕΓΓΟΝΟΙΣ ΑΥ-
ΤΩΝ
ΧΑΙΡΕ ⊂ ΚΑΙ ΣΥ

XVII.

Smyrnae in domo cujuſdam medici prope a regione Europaearum nationum, non obſervato etiam ordine verſuum.

ΕΙΡΗΝΟΠΟΙΟΣ ΠΕΤΡΟΣ ΚΑΙ ΠΑΤΗΡ
ΤΟΥ ΣΤΕΜΜΑΤΟΣ ΥΙΟΣ ΙΑΚΩΒ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΥ ΠΕΤΡΟΣ ΥΠΕΡΕΥΧΗΣΕ
ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΥΜΒΙΟΥ ΜΟΥ ΚΑΙ
ΤΟΥ ΓΝΗΣΙΟΥ ΜΟΥ ΤΕΚΝΟΥ ΕΠΟΙΗ
ΣΑ ΤΗΝ ΣΤΡΩΣΙΝ ΤΟΥ ΕΙΣΩΤΙΚΟΥ
ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΣΚΑΜΝΟ ΚΑΓΚΕΛΛΟΙΣ ΚΑΛ
ΛΙΕΡΓΟΙΣ ΑΓ N°Z

Smyrnae in domo Graecae viduae a me recognita inſcriptio eadem, expreſſis etiam litterarum formis, & obſervato verſuum ordine.

ΗΡΗΝΟΠΟΙ ⊔ΙΕ ΠΡS ΚЄΠΑΤΗΡ ΤΟΥ ΣΤЄΜΑ
ΤΟC ΥΙ⊔ΙΕ ΕΙΑΚ⊔R ΚЄ ΑΥΤΟΥ ΠΡS ΨΠЄΡЄΥ
ΧΗC ΕΑΥΤΟΥ ΚΕ ΤΗC CΥΝR ΟΥ ΜΟΥ ΚΕ ΤΟΥ
ΓΝΙΕΙΟΥ ΜΟΥ ΤΕΚΝΟΥ ЄΠΟΙЄΙCΑ ΤΗΝ CΤ^Σ Ο
ΣΙΝ ΤΟΥ ΕΙΣΟΤΙΚΟΥ CΥΝ ΤΥC CΚΑΜΝΟΚΑΝΚЄ
ΛΥΣ ΚΑΛΙΕΡΓΙΣΑΙ N Z

XVIII.

In alio lapide ſupra proximum ſuperiorem.

ΕΓΕΝЄΤΟ ΤΟ ЄΡΓΟΝ ΣΠΟΨΔΑΖΟΝ
ΤΟΣ ΔΟΣΑ

XVIIII.

In ſepulcretis Turcicis prope vicum Bornavaly ſive Bornabath lapis cum hac corrupta inſcriptione,

ΥΠΕΡ ΕΥΧΗΣ ΓΑΑΥΚΟΣ ΕΠΟΙ
ΗΣΑΤΟ ΠΕΡΙ - - . . ΙΕΡΟΝ ΤΗΣ
ΑΓΙΑΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ -
— — — — —

XX.

In ſepulcretis Turcicis apud vicum Hadgilar columna, in qua hae diverſorum temporum inſcriptiones.

N. I.

CONSTAN - - -
CONSTANT - - -
- - - NORR CAES. D. D.
- - - - - VI - -
- - - - ΤΡΝΗΣ

N. II.

ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ - - .
ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ
ΠΟΛΙΣ ΑΝΙΣΤΗΣΕΝ - - .
ΛΟΛΛΙΑΝΟΥ ΓΕΝΤΙΑΝΟΥ

N. III.

Β. Η. ΣΕΥ. ΤΥΧΗ

N. IIII.

FL VALENTINIANO
ET FL VALENTI
VICTORR. S. P.

XXI.

In inſula Chio in domo quadam lapis cum hac inſcriptione,

ΟΔΗΜΟΣ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΚΑΙΣΑΡΑ ΛΟΥΚΙΟΝ ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΟΥΗΡΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ
Β ΘΕΟΥ ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΥ ΨΙΟΝ ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΨΙΟΝΟΝ ΤΟ-
ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΕΚΓΟΝΟΝ ΘΕΟΥ ΝΕΡΟΨΑ ΑΠΟΓΟΝΟΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ-ω ΠΟΜΠΗΙΟ-
ΛΑΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΤΟΥ
Ω ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ

XXII.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

XXII.

Item in insula Chio apud Sclariam ad aquas frigidas in villa lapis cum hac inscriptione,

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΓΑΙΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΤΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΚΑΙ ΥΠΑΤΟΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΤΟΝ ΠΑΤΡΩΝΑ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ
ΘΕΟΙΣ

XXIII.

In insula Chio in maritima ora inter ruinas templi antiqui.

ΦΑΙΝΟΜΕΝΟΣ ΑΓΓΕΛΕΥΣ
ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΒΙΣΤΑΣ
ΤΗΣ ΦΕΙΔΟΛΕΩ ΘΥΓΑΤΡΟΣ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ

XXIIII.

Prope Bosphorum Thracium ante januam gynaecei Turcici.

ΑΥΤΗ ΜΝΗΜΟΣΥΝΗ ΔΙΟΣ ΕΥΝΕΤΙΣ
Η ΤΕΚΕ ΜΟΥΣΑΣ

XXV.

Prusae in Bithynia ad Olympum lapis cum hac inscriptione, non observato cujusque versus ordine.

ΑΝΗΓΕΡΘΗ ΟΥΤΟΣ Ο ΠΥΡΓΟΣ ΠΑΡΑ
ΤΟΥ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΥ ΗΜΩΝ ΒΑΣΙ
ΛΕΩΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ ΤΟΥ
ΛΑΣΚΑΡΙ ΜΗΝΙ ΟΚΤΟΒΡΙΩ

XXVI.

Thyatirae in sarcophago hae inscriptiones vitiatae, non observato cujusque versus ordine.

Η ΣΟΡΟΣ ΦΛΑ
ΒΙΑΝΩ — — — ΟΥΔΕΝΙ Ο — — — Ε — — ΑΙ
— — — ΚΟΜΙΣ - - - ΜΑ - - - ΕΝ - - - ΤΟ ΤΟΛ
ΜΗΣΑΣ ΤΙ ΤΟΙΑΥΤΟΝ ΑΙΤΟ ΤΙΣ ΙΣΧΕΤΩ
ΤΩ ΙΕΡΩΤΑΤΩ ΤΑΜΕΙΩ ΧΙΛ/ΒΦ ΚΗΔΟΝΤΑΙ ΔΕ
ΤΗΣ ΣΟΡΟΥ ΙΟΥΝΙΟ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΚΑΙ
ΠΟΤΑΜΩΝ ΚΑΙ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΣ ΑΣΤΩΝ
ΖΩΣΙΝ ΤΑΥΤΗΣ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ ΑΝΤΙΓΡΑ
ΦΟΝ ΑΝΤΕΘΗΙΣΤΟ ΕΝ ΕΦΕΣΩ ΑΡΧΕΙΟΝ

XXVII

Thyatirae sequentes inscriptiones in variis lapidibus, non observato cujusque versus ordine.

N. I.

ΑΙΚΙΝΝΙΟΝ ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΣΤΓΚΛΗΤΙΚΟΝ ΤΙΟΝ
ΑΙΚΙΝΝΙΟΥ ΡΟΥΦΙΝΩΥ ΟΙ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑ
ΚΛΕΑ ΠΡΩΤΩΝ ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ
ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΚΑΙΝΟΝ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ

N. II.

In alio lapide.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΟΙ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΤΩΝ ΠΡΩΤΩΝ
ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΟ ΑΡΧΑΙΟΝ ΤΟΥ
ΤΡΙΤΟΥ ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ ΑΥΡ ΘΗΣΕΑ ΝΙΚΗ
ΦΟΡΟΥ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΟΝ ΝΙΚΗΣΑΝΤΑ ΕΝΔΟ
ΞΩΣ ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝ ΕΝ ΤΩ ΥΠΟ ΑΥΤΩΝ
ΕΠΙ ΤΕΛΟΥΜΕΝΩ ΕΠΙΝΕΙΚΩ ΣΕΒΗΡΕΙΩ
ΑΓΩΝΙ —— ΥΠΟ ΕΠΙΣΤΑΤΗΝ ΑΥΡ ΑΤ
ΤΙΚΟΝ ΖΩΣΙΜΟΥ

N. III.

In alio lapide.

ΚΛΑΥΔΙΑ . . ΚΑΤΕΣΧΕΥΑΣΕ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ
ΜΟΣΚΙΑΙΑΝΩ ΤΩ ΤΕΚΝΩ ΜΝΗΜΗΣ ΕΝΕΚΕΝ
ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΜΕΤΑ ΘΗ ΑΥΤΟ ΥΠΟΚΕΙΣΕΤΑΙ
ΤΩ ΦΙΣΚΩ ✳ Φ

N. IIII.

In alio lapide militis epitaphium.

C. IVL. CRE. S. COEN. S. MILES. XIC. L.
VIXIT. ANNOS. XXXV. MILITAVIT.
ANNIS. XV. FL. CASTVS. FRATER. ET.
PRIMVS. HERES. EX. TESTAMENTO.
IVSSVS. POSVIT.

XXVIII.

Jam pauca praefatus de Sigea inscriptione, quae sequitur hoc loco, de eadem aliqua adjiciam ex adnotationibus Belgicis Hermanni vander Horst: talia licet in commentario Edmundi Chishull legas. Post Homerum Graecum interpretem, (Dragumanum *appellant*) *quo interprete vir nobilis, &, si quis alius, Graecorum monumentorum diligens, Guilelmus Sherard juris utriusque doctor, & Britannorum Smyrnae negotiantium consul, uti solebat: post Homerum, inquam, vir venerabilis & doctus Samuel Lisle artium magister, & a sacris eorundem Britannorum, atque Edmundi Chishull successor,* (*nunc est Cantuariensis archidiaconus*) *inscriptionem Sigeam in loco exscripsit; postea denuo vir venerabilis & eruditus Bernardus Mould a sacris eorundem Britannorum. Scripsit Hermannus vander Horst ad Dukerum nostrum, se a Bernardo Mould e marmore tralatas in macrocola sive macrocolla priscarum litterarum formas descripsisse: in quibus non ita multi ductus earum variant, sed tamen quidam. Non inutile fore eas quam accurate incidi in aerea tabula, arbitrati sunt nostrates philograeci. Itaque utere hac antiquissima inscriptione jam in aes incisa his dimidio contractioribus formis.*

Hic locus est agglutinando exemplo Sigeae inscriptionis.

Inscriptiones, quae sequuntur, indidem sumpsi.

I.

In achate annulari bicolore candidi ac nigri coloris mihi per Raimondum equitem S. Ludovici ostenta; empta ex marchionis de Seignelai Colberti filii bonis xx. aureis, quos *pistoletten* appellant Belgae.

ΕΙ ⊡ ΜΕΓΑ
C ⊟ CW
ZECE
ΛΕΥΚΙ
ΑΝΑΙ

Evidentibus litteris in ovata formula a laeva ad dextram, ut sit aposphragisma perversum.

* * * * * * *

Lapis,

PRAEFATIONIS APPENDIX.

II.

Lapis; cujus in medio ſtat imago muliebris nuda, a tergo partem veſtis fluxae ad interfeminium trahente laeva manu, dextra pectori laevo admota, & ſuper eodem brachio lacinia exſtante, cujus pars lateri dextro dependet, ornatis capillis, ventre prominulo ut praegnantis: ſed de hoc conſuli poſſunt inſcriptiones utrimque ſecus hexametris verſibus & pentametris ſculptis infabre, nec, ut videtur, una eademque manu, litteris inaequabilibus, parum inciſis, quibuſdam extritis, dubiis virgula ſubnotatis.



III.

ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ ΙΗΤΡΕΙΗΝ ΑΝΑΓΡΑΨΑΣ
ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΕΤΕΣΙΝ ΚΑΙ ΙΣΑΙΣ ΕΠΙ ΒΥΒΛΟΙΣ

Linea eraſa.

ΣΥΝΕΓΡΑΨΕ ΔΕ ΒΥΒΛΙΑ-ΙΑΤΡΙΚΑ ΜΕΝ - ΟΒ
ΙΣΤΟΡΙΚΑ ΔΕ - ΠΕΡΙ ΖΜΥΡΝΗΣ - ΑΒ
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΜΗΡΟΥ ΣΟΦΙΑΣ - Α - ΚΑΙ ΠΑΤΡΙΔΟΣ Α ⊢
ΑΣΙΑΣ ΚΤΙΣΕΩΝ ΑΒ ⊢ ΕΥΡΩΠΗΣ ΚΤΙΣΕΩΝ ΑΒΓΔ-ΝΗΣΣΩΝ Α
ΑΣΙΑΣ ΣΤΑΔΙΑΣΜΩΝ Α - ΚΑΙ ΕΥΡΩΠΗΣ Α-
ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ ΑΒ⊢
ΠΙΝΑΞ ΡΩΜΑΙΩΝ ΚΑΙ ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ ΔΙΑΔΟΧΗ ΚΑΤΑ ΧΡΟΝΟΥΣ

⊢ litterae cujuſque longitudo.

Habet hujus inſcriptionis exemplum quoque Richardi Mead clari & eruditi viri diſſertatio de nummis quibuſdam a Smyrnaeis in medicorum honorem percuſſis pag. 72. Eſt illa ſubjecta ejus orationi anniverſariae Harveianae.

IIII.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

IIII.

Τ. ΦΛ. ΕΥΕΙΔΗΣ ΔΙΑΔΕΞΑΜΕΝΟΣ ΤΗΝ
ΝΗ
ΜΗΤΕΡΑ ΦΛ. ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΑΝ ΕΩΣΑΜΕΝΗΝ
ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΠΡΟΣΚΑΤΕΥΑΣΕΝ ΕΑΥ
ΤΩ ΚΑΙ ΦΛ. ΤΥΧΗ ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ ΚΑΙ ΦΛ. ΠΕΡ
ΣΕΙ ΤΩ ΥΙΩ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΚΑΤΟΙΧΟ
ΜΕΝΟΙΣ

Lapis longus 21. digitos Gallicanae menſurae, latus $13\frac{3}{4}$ dig.
Litterae longae $\frac{7}{12}$ dig. duae litterae ΝΗ ſupra ΩΣ dimidio minores, quam ceterae.

V.

ΖΩΣΙΜΕΥΤΥΧΗΙΔΙΩ ΑΝΔΡΙ

ΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ

Haec ab imagine multum abludit imago.

VI.

Alius, ubi tantum eſt.

ΣΦΑΓΕΙΣΤΙΙΙΔΙΑ ΟΠΗ

ΑΓΑΘΗΜΕΡΙΔΙ ΜΝΕΑΣ ΧΑΡΙΝ

VII.



Haec longitudo quinquies eſt longitudo lapidis.

Haec longitudo ter eſt altitudo lapidis.

eſt longitudo litterarum.

Formas litterarum diligenter notavi. Hac inſcriptione incorruptiorem me vidiſſe non memini. In quatuor angulis ſunt ſculpturae trianguli rectanguli forma, ut ſupra adumbravi. Qua adraſi, ſignifico, lapidem paullo eſſe adtritiorem.

Hoc candidum marmor a Magneſia ad Smyrnam delatum ſe ſcripſit emiſſe idem vander Horſt.

VIII.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

VIII.



S SEXTILIO ACVTIANO SENTENTIAM DIVI PATRIS M :
. . SI RECOGN. YNDEVICENSIMVS ACT VI IDVS APRIL ROMAE CAES
. ΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΑΙΛΙΩ ΑΔΡΙΑΝΩ ΑΝΤΩΝΕΙΝΩ ΤΟ Β̄ ΓΑΙΩ ΒΡΟΥΤ. .
- - ΑΣΛΑΤΑΝΙΟΣ ΦΛΑΟΥΙΟΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΙΑΝΟΣ ΛΑΛΙΤΙΟΣ ΕΤΝΟΣ ΓΕΝΙΣΑΙΑΙ
— ΟΣΚΩΝΙΟΣ ΚΑΡΙΚΟΣ ΤΙ ΚΑΑΥΔΙΟΣ ΑΚΤΙΟΣ
VII CONSTITVTIONEM

VIIII.

In coemeterio Armeniorum

. . . . . .
- ΑΥΤΟΥΠΟΛ. . ΑΠΟΔΕΙΞΕΙΣ ΠΡΟΣΕΝΗ
- ΛΕΓΜΕΝΟΥ. Α. Σ. ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΕΥΝΟΙΑΣ ΚΑΙ
ΕΝ ΓΟΝΑΝΑ. . ΙΔΙΟΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΕΚΓΕΝΩΣ Ε
ΠΕΙΔΕ. ΩΚΟΤΟΣ ΕΑΥΤΟΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΥΠΕ ΤΗΣ ΠΑ
ΤΡΙΔΟΣ ΑΓΩΝΑΣ ΑΝΑΔΕΔΕΓΜΕΝΟΥ ΔΕ ΚΑΙ ΚΙΝ
ΔΧ ΑΝΟΥΣ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΕΙΑΣ ΠΛΕΙΟΝΑΣ ΕΝΙΚΕΝ ΤΗΣ
ΠΕΡΙ Α ΚΟΙΝΑ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ ΕΝ ΤΕ ΤΑΙΣ ΑΡΧΑΙΣ ΦΙ
ΛΟΔΟΞΙΑΣ ΑΝΑΣΤΡΕΦΟΜΕΝΟΥ ΚΑΙ ΠΑΣΙΝ ΙΣΩΣ
ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΩΣ ΧΡΩΜΕΝΟΥ ΤΗΝ ΤΕ ΠΡΟΣ ΕΚΑΣ
ΤΟΝ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΑΠΑΝΤΗΣΙΝ ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΥ
ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΝ ΚΑΛΩΣ ΕΧΟΝ ΕΣΤΙΝ ΤΑΣ ΠΡΕ
ΝΟΥΣΑΣ ΤΙΜΑΣ ΤΩΙ ΜΕΤΑΛΑΧΟΤΙ ΨΗΦΙΣΑΣΘΑΙ
ΔΕΔΟΧΘΑΠΩΙ ΔΗΜΟΙ ΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙ ΑΘΗΝΟΔΟΡΟΙ
ΧΡΥΣΩΙ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΚΑΙ ΕΙΚΟΝΙ ΧΑΛΚΗΙ ΣΤΕΦΑΝΩ
ΘΗΝΑΙ ΔΕ ΑΥΤΟΝ ΚΑΙ ΥΙΕΣ ΤΟΥ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΥ ΚΑΙ
ΤΩΝ ΝΕΩΝ ΧΡΥΣΩΙ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΚΑΙ ΕΙΚΟΝΙ ΧΑΛΚΗΙ
ΚΑΙ ΥΠΟ ΤΩΝ ΠΑΙΔΟΝΟΜΩΝ ΚΑΙ ΠΑΙΔΩΝ - - ΩΙ
ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΚΑΙ ΕΙΚΟΝΙ ΧΑΛΚΗΙ ΚΑΙ ΥΠΟ ΤΟΥ ΕΠΙ
ΤΗΣ ΕΥΚΟΣΜΙΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΑΡΘΕΝΩΝ ΧΡΥΣΩΙ
ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΚΑΙ ΕΙΚΟΝΙ ΧΑΛΚΗΙ ΕΠΕΙΔΕ ΚΑΙ ΟΙ
- - ΝΙΚΗΚΟΤΕΣ ΤΟΥΣ ΙΕΡΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ ΚΑΙ
- - ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΕΣ ΤΟΥ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΝ ΚΑΙ
ΟΙ ΠΑΙΔΕΥΤΑΙ ΤΩΝ ΤΕ ΠΑΙΔΩΝ ΚΑΙ ΕΦΗ
ΒΩΝ ΠΡΟΣΠΟΡΕΥΟΝΤΑΙ ΗΜΙΝ ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ ΔΙΑ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΤΟΥ ΜΕΤΗΛ
ΑΑΧΟΤΟΣ ΠΡΟΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΕΥΝΟΙΑΝ ΤΙΜΗΣΑΙ

PRAEFATIONIS APPENDIX.

X.

In Armeniorum coemeterio.

Duae imagines feminudae in lecto bipede cubantes; subter tripos; ad laevam alia figura; ad dextram fert Cupido dioram; juxta etiam aliquid. Haec autem omnia adfabre sculpta. Ab altero latere abrupta imago & inscriptio; etiam dormiens Cupido cum pharetra & face propter ipsum sub palmite, quo advolat imago; ad pedes animal fractum; praeterea duae ingentes pulchrae imagines in longis vestibus; virilis imago, manibus inter se junctis; & item puerilis imago ad sinistrum pedem capite detecto; muliebris imago tegmen habens capite dependulum, in femore habens laevam manum, dextera extenta ultra hastam turbinato mucrone; ad dexterum pedem puerilis sive puellaris imago in longa veste tenens hastam.

ΤΟ ΜΝΗΜΑ ΤΟΥΤΟ ΕΣΤΙΝ ΠΟΠΛΙΟΥ ΑΙΛΙΟΥ ΤΕΡΤΙΟΥ ΣΜΥΡ
ΝΑΙΟΥ ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥ ΚΑΙ Ο ΠΡΟΣΚΕΙΜΕΝΟΣ
ΤΩ ΜΝΗΜΕΙΩ ΤΟΠΟΣ ΟΥ ΤΗΣ ΔΙΑΜΟΝΗΣ ΚΑΙΩΝΒΕΒΟΥΛΗΜΑΙ
ΔΙΑ ΤΗΣ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ ΤΗΣ ΕΝΚΕΧΑΡΑΓΜΕΝΗΣ ΤΗ ΣΟΡΩ ΠΡΟ
ΝΟΗΣΟΥΣΙΝ ΟΙ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙ ΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙ ΕΧΟΝΤΕΣ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ ΔΙΚΑΙΟΝ ΤΟΥ ΤΑΦΗΝΑΙ ΕΝ ΤΩ ΜΝΗΜΑΤΙ ΧΩΡΙΣ ΤΟΥ
ΕΠΕΙΣΕΝΕΓΚΕΙΝ ΤΗ ΣΟΡΩ ΕΝ Η ΕΓΩ ΚΗΔΕΥΘΗΣΟΜΑΙ ΕΤΕΡΟΝ
ΝΕΚΡΟΝ Η ΕΤΕΡΑΝ ΕΠΙΘΕΙΝΑΙ ΣΟΡΟΝ ΤΩ ΜΝΗΜΕΙΩ ΕΙ ΔΕ ΜΗ
ΕΑΝ ΕΠΕΙΣΕΝΕΓΚΩΣΙΝ ΠΑΡΑ ΒΕΒΟΥΛΗΜΑΙ Η ΕΠΙΘΩΣΙΝ
ΑΠΟΔΟΣΟΥΣΙΝ ΚΑΙ ΑΥΤΟ: ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΙΣΚΟΝ ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΔΗΝΑΡΙΑ ΠΕΝΤΑΚΙΣ ΧΕΙΛΙΑ

XI.

ΚΡΑΤΙΠ ⸗ - Α ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΑΡΙΣ — — — — — —
ΠΥΘΑΓΟΡ. . . . . ΟΚΡΙΝΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ΕΓ — — — — —
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΑΠΟΛΛΟΦΑΝΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ: ΑΙ. . . . — — —
ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΛΕΩΦΑΝΗΣ ΛΑΜΠΡΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ: Α — — —
ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΑΠΕΛΛΙΩΝΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ - - - - -
ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔΔ ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ ΑΝΔΡΟΣΘΕΝΟΥΣ
ΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Γ ΟΥΛΥΔΑΜΑΣ ΓΡΥΤΑΝΙΟ . .
ΦΟΙ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ ΑΣΠΑΣΙΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΕΤΕ .
ΚΛΕΙΟΥΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΠΕΡΙΓΕΝΗΣ ΗΓΗΜΟΝΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗
ΛΕΩΜΕΔΟΝΤΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ ΜΙΚΙΩΝ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΣΤΑΤ. . .
ΘΑΡΣΥΝΩΝ ΠΟΛΥΧΑΡΜΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΑΡΧΙΠΠΟΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ ΣΤΑΤ
ΔΗΜΟΚΡΙΝΗΣ ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΗΓ⸗ΣΑΡΧΟΣ ΘΕΥΓΝΗΤΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ.
ΙΠΠΟΝΙΚΟΣ ΠΥΡΡΙΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΗΓΗΝΑΞ ΕΡΜΟΔΡΟΜΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΗΓΕΡο
ΚΛΗΣ ΜΕΝΕΚΛΕΟΥΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ ΣΑΝΝΙΩΝ ΚΑΙ ΤΕΙΣΑΝΔΡΟΣ ΤΩΙΔΟΥ ΣΤΑ
ΤΗΡΑΣ ΔΠ ΑΠΟΛΛΟΦΑΝΗΣ ΣΠΕΡΧΤΑΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΚΡΑΤΗΣ ΧΑΡΜΟΥ ΣΤΑΤΗ
ΡΑΣ ⸗ ΜΗΤΙΟΧΟΣ ΕΥΘΥΜΑΧΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΔΗΜΟΣ ΜΥΡΜΗΚΟΣ ΥΠΕΡ ΑΥΤΟΥ.
ΚΑΙ ΛΑΜΠΡΟΥ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔΔΔ ΑΔΡΑΣΤΟΣ ΚΑΛΛΙΠΠΟΥ
ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ ΗΙΛΕΩΝ ΜΕΝΕΚΛΕΟΥΣ ΤΟΥ ΔΗΙΛΕΟΝΤΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ
ΘΕΥΤΙΜΙΔΗΣ ΕΥΔΗΜΙΔΟΥ ΚΑΙ ΑΓΑΘΟΚΛΗΣ ΚΛΕΟΝΙΚΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΚΛΕΩΝΥ
ΜΟΣ ΔΗΜΟΦΩΝΤΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΛΕΩΜΗΣΤΩΡ ΕΥΣΤΡΑΤΙΔΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗
ΠΥΘΑΡΚΟΣΙΣ ΤΙΑΙΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΜΗΤΡΟΤΙΜΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ
⸗ ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΟΣ ΠΟΛΥΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ ΕΡΜΗΣΙΑΝΑΚΤΟ
ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔΔ ΜΕΝΩΝ ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ ΜΝΗΣΙΘΕΙΔΗΣ ΕΛΑΗ
ΝΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΚΡΙΤΟΛΕΩΣ ΑΙΓΙΑΛΕΩΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ ΑΠΟΛΛΟΘΕΜΙ
ΠΑΙΘΕΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΙΚΕΣΙΟΣ ΛΕΩΦΑΝΤΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΦΙΛΩΝ ΞΕΝΙΑΔΟΥ
ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΜΙΚΙΩΝ ΜΗΤΡΟΒΙΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΑΝΤΙΛΟΧΟΣ ΘΑΛΕΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ
⸗ ΚΡΙΤΟΛΕΩΣ ΛΕΩΣΤΡΑΤΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ ΕΛΑΙΟΥΣΙΟΣ ΚΑΙ ΟΛΥΜΠΙΟ
ΔΩΡΟΣ ΘΕΥΠΡΟΠΙΔΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔΔ ΣΚΥΜΝΟΣ ΕΡΞΑΝΔΡΟΥ ΣΤΑΤΗ
ΡΑΣ Δ ΚΩΛΩΤΗΣ ΘΕΥΞΕΙΝΙΔΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ ΙΚΕΣΙΟΣ ΑΓΝΙΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ
⸗ ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ ΚΑΙ ΑΡΙΦΡΩΝ ΜΕΝΤΟΡΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ
ΜΗΤΡΟΒΙΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ ΜΟΣΧΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔ ΙΠΠΙΑΣ ΙΣΧΟ
ΜΑΧΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΜΗΤΡΟΒΙΟΣ ΠΟΣΙΔΕΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΔΔ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡ. .
ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΟΡΚΥΝΙΟΣ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗
ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣ ΑΓΝΙΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΛΑΜΠΡΟΣ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΣΤΑ
ΤΗΡΑΣ ΣΣ ΞΑΝΘΙΠΠΟΣ ΠΥΘΟΚΛΕΟΥΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ· ΣΣ ΓΑΡΜΕΝΙΣΚΟΣ
ΞΩΠΥΡΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΠΡΩΤΟΓΕΝΗΣ ΜΟΙΡΙΟΣ : ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ
ΜΙΚΙΩΝ ΑΓΑΘΗΝΟΡΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΣΣ : ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΟ
ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΣΣΣ: ΕΡΜΗ⸗ΙΑΝΑΞ ΕΡΜΗΣΙΑΝΑΚΤΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΕΡΜΟΚΡ.
ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΝΑΚΤΟΣ: ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΠΑΝΤΑΛΕΩΝ ΒΑΚΧΙΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ: Δ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗΣ ΣΙΜΑΙΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ ΓΟΡΓΟΥ ΣΤΑ
ΤΗΡΑΣ ΔΔ ΑΠΟΛΛΟΦΑΝΗΣ ΝΙΚΙΟΣ ΚΑΙ ΟΙ ΑΔΕΛΦΟΙ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⸗ ΑΝ.

**** ****

PRAEFATIONIS APPENDIX.

ΞΑΓΟΡΑΣ ΔΙΣΧΡΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⌐ ΔΙΚΑΙΔΗΣ ΚΥΝΙΣΚΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⌐
ΑΓΝΙΑΣ ΜΟΣΧΟΥ ΚΑΙ ΜΟΣΧΙΩΝ ΓΑΡΜΕΝΟΝΤΟΣ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ⌐
ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ ΣΠΕΡΧΥΛΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΘΕΑΡΙΔΗΣ ΚΑΙ ΠΑΟΥΤΑΡΧΟΣ
ΙΠΠΟΝΙΚΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ ΠΕΡΣΗΣ ΙΠΠΙΟΥ ΣΤΑΤΗΡΑΣ Δ

ΤΑΥΤΑ ΑΠΟΔΕΔΟΤΑΙ

Lapidariae litterae ſunt fere ea magnitudine, qua proxime ſuperiores; & hae duplo, quam ceterae, majores. Formas litterarum, quoad potui, imitando effinxi, atque expreſſi. Ubi quid deeſt, ſupplere nolui. Sed in extremis verſibus declarat aliquot punctorum adſcriptio deeſſe aliquid; in mediis verſibus aut verbis trium punctorum ſupra ſe poſitorum. Quibuſdam locis verba ſunt diſtincta geminis punctis.

In lapide Lampſaceno verſus extremi litterae ſunt majuſculae, quam hic.

Libitum eſt mihi in Latinum Belgica, quae adpoſita erant inſcriptionibus iſtis, convertere; ut, ubi & quando quaeque ſit deſcripta, ſermonis ejus ignari ne neſciant. Non habui quidquam antiquius, quam ut ſimillimis typis ſive formis exprimendas litteras curarem. Nec tamen expreſſa proprietas omnium litterarum eſt ab operis litterariis, quia aliquot figurae vix ſatis apte exprimi potuerunt. Si quia ex iis inſcriptionibus, quas dico, Smithus aut Whelerus aut Sponius aut Tourneſortius praeoccupaverint deſcribere in ſuis Aſiaticis itineribus; ſi quid ex iis ipſis monumentis aliorum doctorum hominum diligentia induſtriaque praeceperit: ubi facta erit collatio variorum exemplorum, haud vereor, ne & opera & oleum philologiae noſtrae perierit. Ex Aſia in Italiam tranſeamus. Accipe nunc alia. Jam triennium aut quadriennium eſt, quum via Appia non longe ab Urbe monumenta libertorum & ſervorum domus Auguſti detecta ſunt: quae partim a docto viro Williel-mo Dundaſs, partim etiam a ſe deſcripta Georgius Waddell vir humanitate perpolitus cum Dukero noſtro communicavit; & ille mecum. Ea ſunt hujuſmodi.

I.
Philomuſus Liviae
L. Druſianus &
Epagatho Liviae ol. dat.

II.
Chryſarium Liviae L.
Hermae F. ſuo dat
ollam

III.
Secundio Liviae Aug.
Aquarius dat ollam
Advenae Conjugi ſuae

IV.
Heracla Auguſtae L.
Pictor

V.
Damalis Liviae
Sarcinatrix dat
Alexandro
Viro ſuo ollam

VI.
Fauſta Epicadi
dat
Liviae M. M. L.
Modeſtae.

VII,
Tyrannus
Liviae
Medicus

VIII.
Iſochryſus
Liviae
Ad veſtem

VIIII.
Antiochus
Liviae
Atrienſis

X.
Myrtilus
Caeſaris
Diogenianus

XI.
Liviae Lalagae L.
M. Livius Sabinus F.
Uxſori ſuae ollam
Dedit eique Livia
x Terpini & Saturnini x Terpini.
Lib. Secunda dedit

XII.
Ciſſus
Caeſaris
Maecenat.

XIII.
Parmeno
Liviae a purpur
Maecenatianus

XIIII,
Clodia
Helena
Conjux
Liviae L.
dat
M. Livio Felici

XV.
Sponſa
dat
Jucundae
ſuae

XVI.
Telephus Liviae L.
dat
Fufiae Clymene & Fufiae
Euche ſorores

XVII.
Lama Dionyſii dedit
Niceni ſuae oll
Et dat Donatae ſuae.

XVIII.
Litto Liviae L. Dec.
Dat Macariae Liviae
L. conjugi ſuae piae

XVIIII.
Gemina L. Auguſtae
Ornatrix
Irene ſuae dat olla

PRAEFATIONIS APPENDIX.

XX.
Epaphra Amaryllidis

XXI.
Philomuſus tert.
L. Villicus

XXII.
M. Livius Aug. L. Anteros
Amyntiani ab fu
pelectile

XXIII.
Hymenaei Caeſaris
Aug. Immunis &
Babiae conjugis
piiſſim

XXIIII.
Livia
Aug. L.
Thermutario

XXV.
Philematio Aug. L.
Sacerd. a Bona
Dea mater Maenalis

XXVI.
M. Livius Euni L. Olymp.
Dat Liviae Irenae L.
ſuae ollam

XXVII.
Menalis pediſeq.
Dec.

XXVIII.
Lucia Caelia
Daphnidi L.

XXVIIII.
Romulo
Dec. Abas
canti
Fratri

XXX.
Cottiae
Nice dat
Romulus
Dec.

XXXI.
Lullu Liviae L.
Dat Antigono Liviae L.
Conjugi ſuo ollam

XXXII.
Agatho Rhoſicae
Terti L.

XXXIII.
Irenio Aborna
Int in una Geneſim
Vener & Alciſtum F.

XXXIIII.
M. Livi Agathonis L.
Felicis

XXXV.
M. Livius
Liviae L.
R. ſupra Med.

XXXVI.
Titus Julius
Jucundus
Nummularius

XXXVII.
JuliaMuſa
Plocami

XXXVIII.
Philodamo
Caeſaris
A reg. urb.
Dec.

XXXVIIII.
Julia
Smyrna
Jucundi

XL.
Titus Livius
Mama
Decurio

XLI.
Julia Helpis
Demoſth.

XLII.
Demoſthenes
Oſtiar. Cur.

XLIIII.
Actio
Aug.
A reg. urb.
Imm. hon.

XLIIII.
Piaeforiae
Priſcae
Acti Dec

XLV.
Metrodorus L. Dec.
Sibi &
Quintae conjugi ſuae.

XLVI.
C. Julius
Diochares

XLVII.
Parthenio
Liviae L.
Cubic.

XLVIII.
Calme
Juliae unctrix

XLVIIII.
Anna Liviae
Maecenatiana.

L.
Bromius
Cuſtos ration.
Patrimonii

LI.
Antigono
Liviae L.

LII.
Pontiae
Tyrannidi
Decurioni

LIII.
Philargyrus
Parthenionis L.
Parthenio Patr
Ollam dat

LIIII.
Jucundo Agniopodis
Oll.

LV.
Tyrann
Vern DecIIR Trib. Aug.
Dat Ollã
Philadelpho Coſer
Potitiano Piſtori
Eros Aug. L. Rogator
Livia Leſbia.

LVI.
Philadelphus
Neronis Caeſar
Ex horreis Petronian
Dec.
Niphas
Philadeſpoti
Contuber.
Ejus

LVII.
Juliae Epoſidi
Matri
Amoebes Antoniae
Druſi L.

LVIII.
M. Julio
Divae Aug. L.
Agatopodi
Aurifici
M. Julius Proclus
Juliae
Jucundae
Agatopodis
Fil. V. A. III. M. II. D. X.

LVIIII.
Epaphroditi Eudemis
Apollodoti

LX.
Alcaeo
L. ſuo
C. Julius
Felix
dat

LXI.
Diadumenus Liviae
Menſor Dec dat
Lochiadi Liviae Sarcinatr. conjugi ſuae.

LXII.
Stephanus
Ti Caeſaris
Aurhifex
Philete
Stephan
Imm.

LXIIII.
Epaphra L.
Attali dat
C. AEmilio Pamphilo

LXIIII.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

LXIIII.
Auctus Lanip. M. Livius
Augustae L. Aucti L. Lydus
A sede
Augustae.

LXV.
Amiantus
Augustae L. Arc.
Is dat Chio Homeri Frat

LXVI.
Dis Manibus M. Antonius Beryllus
Decurio sibi & contubernali suae
Antoniae Lacenæ dedit. V. A. XHX.

LXVII.
Panaenus Liviae
Lector Dec.
Livi Pamphilis

LXVIII.
M. Livius
Augustae L.
Menander
Aurifex

LXVIIII.
Alexandria
Philerotis
Dec.

LXX.
Timotero Aug. L.
Maronthio suo

LXXI.
Livia
Eudi L.
Chloe

LXXII.
D. M.
T. AElius
Euphrata

LXXIII.
. . . . . .
Apolloni
Zeli L.

LXXIIII.
Hilarus
Philet Frat
Dec.

LXXV.
Celerinus Cornelius
Felicis fra Chius qui in
tri Dec. Mag. Dec.

LXXVI
M. Livi Agathonis L.
Felicis

LXXVII.
M. Livius M. L. Hilarus
Immunis &
Liviae Proposi Conjugi suae

LXXVIII.
Eros Augustae Liber
Maecilia sibi &
Plotio Hectori fratri

LXXVIIII.
---- Nicodemus
--- Sponsianus
--- Dec. Cubiculario

LXXX.
Cleo L. dat
Saturnino
Vrbani

LXXXI.
--- Atticus
--- Liviae
--- Strat. dec.

LXXXII.
Zeuxis Damario
Dedit Zetho Zeuxidis L.
Ti. Mall. ollam

LXXXIII.
Celeuthi Liviae
Marg. dat Dionysio
Patri suo Megiste Ce. Seuthi
Mater.

LXXXIIII.
Amphio Liviae
-- Ostiar. dat Liviae
-. . Ugeni conjugi

LXXXV.
Natalis Augusti
Diplicianus

LXXXVI.
D. M.
M. Ulpio Aug. Lib.
Menophilop Adjutori
Proc. ab ornamentis
Vixit ann. XXXV. men. V.
Posuerunt
P. AElius Aug. Lib. Menophilus
Pater & Caminia Fortunata
Mater infeliciſſima Julia
Passerilla conjux pientiſſima
Ex decretu sociorum
Annio Vero III & Egio Amibulo Cos.

LXXXVII.
Dis Manibus fac.
Calamus
Ti. Claudii Caesaris
Augusti Germanici
Pamphilianus
Villicus ex horreis
Lollianis
Ex D. D. D. S. D. D.

LXXXVIII
Sylla Liviae L.
Celladoe dedit

LXXXVIIII.
Ti Claudio Zeniae
Aug. L. Caesaris L.
Calisto. Dec.
Dec.

XC
Livia Liviae
L. Tertia
Tertiae

XCI.
Hedys Aur. Secunda
Hedi

XCII.
Zeuxis Liviae L.
Aurifex
Rufa Terti L.

XCIII.
Felicis Ti
Caesaris
Ad possess.

XCIIII.
M. Livius Aug.
L. Ismarus
A manu

XCV.
M. Livius Silvanus Decur.
Thymele Silvani

XCVI.
Ampelio Liviae L. Sarc.
Zenonis
Zeno
Liviae L.

XCVII.
. . ilarus Liviae L.
Cornelianus Dec.

XCVIII.
M. Livius
Divae Aug. L.
Astio

XCVIIII.
M. Li - . .
Boeth. - . .
Dec.
Medico

C.
Aucta
Liviae L.
Ornatrix

CI.
Apollonius Agrip.
Dat

CII.
Frisio Antoniae Cabadis
Imm.
Antoniae Albanae Dec.

CIII.
Bithus
Maternus
Faber

CIIII.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

CIIII.
C. Julius
Rufus

CV.
Modeſtus
Athys L.

CVI.
Lezbius
Suavi
Euſthemonis
Dat.

CVII.
Blaſtus
Lanipent
Julia Praene

CVIII.
Cecilia
Xenice.

CVIIII.
C. Julio
Plocami L.
Eunodo.

CX.
Pannychus Ne- - -
Immunis dat oll. . .
Cubuce patri ſuo & oll. . .
Corinthio L.
Poſteriſque

CXI.
- - igonus Ti. Claudio
- - . viae L. Aug. L. Merope
- - . ntonian Procuratori
Dec. A regionibus urb.

CXII.
Curtia Jucunda
Myrine Agathopodis
Claudi Aur.

CXIII.
Antono
Liviae
Colorator

CXIIII.
Xythe Liviae L.
Dat Fauſto
Caeſaris L.
Ollam

CXV.
. . . lus Timotheus
. . . . dat Lampadi Lib. Dec.
. . . . . &eti

CXVI.
. . . . . s Terti L. Nicephori Dec.
. . . . . mpiae Terti L. conjugi
. . . ne merenti
. . . . am

CXVII.
M. Julius Ti Claudi
Aug. L. Phaſidis
. . . ryx a veſte Imm.

CXVIII.
Saturninus
Myrtili

CXVIIII.
M. Livia - -
Auguſta. - -
Aprodis
A ſacrario

CXX.
M. Juli Cariſi
Julia Elate
Pediſeq.

CXXI.
C. Julio Dio L. Dec

CXXII.
C. Juli Eutiſrychi
Et Quintiliaes Auraes
Immunium

CXXIII.
Helico
ad unc. - -
Fructus

CXXIIII.
Epithycanus
Aurifex

CXXV.
Prothyme Honora. . .
Et Valentinae L

CXXVI.
. . . erdo Inſular

CXXVII.
Hermo
Liviae Lyd. . . .
Dat Leſbiae

CXXVIII.
Paramonus L.
Decur
Julia Strato

CXXVIIII.
Euphro Terti
Aedituus
Atimetus Comoedus

CXXX.
Philomuſus
Terti L. inaur.

CXXXI.
Olympus Cayſtri L.
Dec.

CXXXII.
Livia Menophili
Sabini L. Chloe
M. Livio Sabino fil. ſuo
Ollam dedit
***** ****

CXXXIII.
Eutactus Liviae
Aſia Liviae Caſpar
Caſcelliana

CXXXIIII.
M. Livius Aug. L. M. Livius Aug. . .
Minophilus Menophilus. . .
Calciator Ollam D. - .
Liviae Chi. . . .

CXXXV.
M. Antoni Antoniae
Iſmari Thymele
Dec. Dec.

CXXXVI.
Lethe Liviae L.
Gamo Caeſar
Damoclian. oll. ded.

CXXXVII.
Regillus Liviae ded.

CXXXVIII.
Paphiae Liviae Ceulis
Chryſeros Cub. Dat
M. Livius Alexande Liviae Thallus
Filius eorum.

CXXXVIIII.
Amiſinthus Liviae
ad Venerem
Lir Homei L.
Dedit Amiſinthus
Amaranthus G. Caeſar
Aug. dat olla
Valeriae EGIOGIAE

CXL.
No
A region
Decur.

CXLI.
Calemius
Ti Claudi Caeſaris
Vilicus ex horreis
Lollian. - . . -
Janua. . . -

CXLII.
Altes Liviae Lib.
Dec. dat Liviae Eleutheridi ſorori &
Liviae Cereali fil. ejus oll. I.
C. Julio Auguſti L. Thoanti fratri
Ollam I

CXLIII.
Dama Liviae L. Caſ.
Phaebus Philologi

CXLIIII.
Venuſtus Ti Caeſ.
Mater a ſupel.

CXLV.
Paſicratis Caeſaris
Tabular. immunis

PRAEFATIONIS APPENDIX.

CXLVI.
Auge
Dat oll.
M. Livio Mariſio

CXLVII.
Livia Secunda
Aciri ſoror

CXLVIII.
Syneros Ti. Caeſaris
Ad Imagines.

CXLVIIII
Theodoro Aug L. Tabula
Panerotiano Hon &
Antoniae Myſtiche Conju

CL.
Malchio Druſi
Paedagogus Dec.
Helpidi Liviae L. Malchion
Ollam

CLI.
Panaglaes
Claudiae

CLII.
·Atrapus

CLIII.
·Agrypnus Caeſar
Aug. Maecenatian·
A ſtatuis

CLIIII.
Hilariox
Xiſidori L.
Dat Secundae
Liviae L. conjugi

CLV.
Tyrannus Verna Tab. Apparitor
Sacris omnium Immunis
Is dedit Ti. Claudio Aug. L. Veterano
Columbarium totum
Is intulit Jorethum Aug. L.
Fratrem ſuum.

CLVI.
Fauſtus Liviae Tert
Halene Tertii Lib.

CLVII.
M. Livius Pyrſus Amarantho
Lochiadis L. Cyrilli deliciu
Amandi dat Vixit annis III. M. III.
Ceryllus diſp. Dat ollam Ceryllus

CLVIII.
Dis Manibus M. Antonius Beryllus
Decimo ſibi & contubernali ſuae
Antoniae Lacenae V. A. XIIX

CLVIIII.
Amyris Liviae
Pediſeq. Coriſmo Aphrodiſiae
Liviae ſer. magiſtr. Conjugi ſuae
ſuo dat ollam Dat ollam.

CLX.
M. Livius Jole L.
Boethus ſuae
Medicus dat
M. Livio Sperato &

CLXI
M. Julius Auguſ. L.
Agathopus
Aurifex dat
Juliae Reſtitutae
Juliae Vitali
Juliae Felici
- - - - - - - - -

CLXII.
Pontico
Caeſaris
A region
Dec.

CLXIII.
Parthenio
Structor

CLXIIII.
Hediſte
L. Liviae
Muſae Lib.

CLXV.
Eleutheris
Liviae L.

CLXVI.
Cerinthus
C. Caeſaris
Oſtiarius

CLXVII.
- Heracla
Aug.
Cubiculario

CLXVIII.
Philippus Caeſ. . . .
Aug. invitator
Dat Hi. . . . ſuae
Oll

CLXVIIII.
Romanus C. Julius
Liviae Dec Pothinus
A tabulis Caeſaris fullo

CLXX.
L. Marcio Januario
Dat Corymbus Octaviae
Diomedis Gemillae

CLXXI.
. . . . ulus L. . . .
. . . . g. L. Hilarus
- . . c. Chirurg. . .

CLXXII.
Dis Manibus
Juliae Sedatae
Dec.
Contubern.
C. Juli Bathylli
Immunis

CLXXIII.
Dis Manibus
Antoniae
Panerotis L.
Helenes

Sed in Franciſci Blanchini libro, qui de iis ipſis monumentis eſt editus nuper, plus mille reperitur. Acta eruditorum publicata Lipſiae K. Iul. A. CIↃ IↃ CCXXVIII. *licet videre. Blanchini libro titulus eſt:* Camera & inſcrizioni ſepulcrali de liberti, ſervi ed ufficiali della caſa di Auguſto *& cetera. Quum hanc & hujus generis copiam tantam habeat Blanchini liber, eum cupio comparare quam primum. Haec illis itaque velut in guſtu, ad quos omnia monumenta nondum venerunt. Super his inſcriptionibus Graecis Latiniſque notavit non pauca Dukerus, aliqua Pauwius; nonnihil ego notavi. Sed de iſtis quid ſimus facturi, videbimus. Acta eruditorum publicata Lipſiae menſe Septembri anno* CIↃ IↃ CCXXIII. *indicant, aliquot poemata Graeca Londinii anno ante recenſita eſſe a Michaele Maittaire: inter cetera au-*

autem virum eruditum adnotasse quaedam de inscriptione Sigea. Nondum habeo librum. Antiquitates Asiaticae, de quibus supra dixi, nunc primum in manus meas venerunt. Quam elegans, quam elaboratum illud opus! Quantum ibi antiquitatis Graecae & Romanae! Quae vero psephismata, donaria, foedera, monumentaque veterum Asiaticorum Graecorum & Romanorum video! Alterum volumen ejuscemodi antiquitatum avide exspectatur. Acta eruditorum publicata Lipsiae K. Ap. A. CIↃ IC CC XX VIIII. *legi possunt. Scrinium meum inscriptiones alias plusculas continet, quibus me donarunt amici mei, ut aequum est, laudis & honoris gratia mihi nominandi. Vir igitur scientia juris antiqui, & collatione Pandectarum, quae Florentiae adservantur pignus imperii, celeber Henricus Brencmanus Academicus Florentinus, & ordinarius senator comitatus Kulenburgi in Noviomagi tetrarchiae regno ac ditione: is, inquam, quium in Italia moraretur, aliquanto numero inscriptionum potitus est, quas mecum communicavit. Quum vero inscriptionum, quae Florentiae sunt, liber editus sit cum adnotationibus Antonii Mariae Salvinii & Antonii Francisci Gorii (videre licet Acta eruditorum publicata Lipsiae principio anni* CIↃ IↃ CCXXVIII.) *nos illum exspectare satius est, dum huc perveniat. Nuperrime in catalogo librorum inter bibliopolas vendendorum mihi notaveram volumen, quod sic inscriptum erat:* Gorii monumentum s. columbarium libertorum & servorum Liviae Augustae & Caesarum. Florentiae 1727. fol. fig. *At me frustrata est fides librarii, quem rogaveram, ut illud quanti quanti emeret. Huic mandem, si quid recte curatum velim. De homine satis. Peregrinatione quidem Britannica nonnullam memoriam antiquitatis collegerat vir nobilis & omni liberali doctrina politus Philippus de Groulard jureconsultus, canonicus S. Mariae Trajectensis, curator aggeris ad inferiorem partem fluminis Leccae: eadem autem ipsa, quae mecum communicavit, post etiam in Thomae Gale commentariis in Antonini iter Britanniarum descripta offendi. Est in* CXXXIIII. *pagina monumentum Julii Vitalis. Sic autem apud Aquas Solis* (Bath *Britanni vocant*) *legitur secundum exemplum, quod penes me est.*

IVLIVS. VITA
LIS. FABRICIES
IS. LEG. XX. V. V.
STIPENDIOR
VM. IX. ANOR. XX
IX. NATIONE. BE
LGA. EX. COLEGO
FABRICE. ELATV
S. H S E



Formae figura.

Sed eorum exempla paullum oppido inter se variant. Nec praetereundus vir illustris Joannes Huidekooper eques S. Michaelis, toparcha in Maerseveen & Neerdyk & Diependal, senator & sexdecies (si bene memini) consul Amstelodamensis, moderator Orientalis Indicae societatis. Inscriptiones autem, quas, quum esset in Italia adolescens,

PRAEFATIONIS APPENDIX.

ſcens, ſtudioſe, ut erat antiquitatis amator, compararat; eas gratus remiſi viro primario, & omni doctrina & virtute ornato, Wilhelmo vander Muelen toparchae in Oudt — Broukhuyſen & Niecop & Portengen & in toparchiis aliis, decano S. Mariae Trajectenſis, praefecto aggeris ad inferiorem partem fluminis Leccae, ordinario ſenatori dioeceſeos Trajectinae, eidemque genero demortui conſulis & propinquo: eas, inquam, gratus remiſi ei, unde acceperam; quippe quum in libris editis deſcriptae exſtarent pleraeque omnes, collatione earum in aliud tempus dilata. Ceterae autem inſcriptiones, quas collegi ex antiquitatum libris, ex ἐδοιτορικῶν libris, ex variis & diverſis libris, reſervabuntur ad ſpem quandam editionis. Hoc loco non alienum eſſe videtur delibare quaedam ad veteres novaſque collectiones inſcriptionum recenſendas. De inſcriptionibus ſacris ab Euhemero collectis Lactantius in Divinarum inſtitutionum lib. I. *qui eſt de falſa religione, cap.* XI. *ita ſcripſit.*

„Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Meſſene, res ge-
„ſtas Jovis, & ceterorum, qui dii putantur, collegit; hiſtoriamque
„contexuit ex titulis & inſcriptionibus ſacris, quae in antiquiſſimis
„templis habebantur, maximeque in fano Jovis Triphylii, ubi auream
„columnam poſitam eſſe ab ipſo Jove, titulus indicabat: in qua co-
„lumna geſta ſua perſcripſit, ut monumentum eſſet poſteris rerum
„ſuarum. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius, & ſecutus. *De verſibus inſcriptis ante Homerum Fabricius in Bibliotheca Graeca lib.* I *cap.* I. *in notis conſuli poterit. Polemo, cujus praeter ceteros librum quoque* περὶ τῶν καλὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων *Athenaeus citat in lib.* X. Δειπνοσοφιστῶν *cap.* X. & XI. Στηλοκόπας *dictus eſt; ut idem Athenaeus in lib.* VI. *cap.* VI. *tradit, auctore Herodico Crateteo. Adhibeantur Dalechampius in adnotationibus in Athenaeum, Caſaubonus in lib.* VI. *animadverſionum in Athenaeum cap.* V. *& Voſſius in lib.* I. *de Hiſtoricis Graecis cap.* XVIII. Στηλοκόπας *autem quaſi per cavillationem nominis* (par ſobriquet, *ut Galli loquuntur*) *dictus videtur. Polemoneae collectionis, ceterarumque id genus collectionum, quas ſcriptores veteres laudaverunt, meminit Fabricius in Bibliotheca Graeca lib.* III. *cap* XXVIII. *in notis, & in Bibliographia antiquaria cap.* V. *De collectionibus inſcriptionum poſt variae eruditionis* παλιγγενεσίαν *editis & ineditis egerunt, Morhofius in Polyhiſtore lib.* IIII. *cap* XIIII. *Fabricius in Bibliotheca Latina lib.* IIII. *cap.* V. *idem Fabricius in Bibliothecae Latinae volumine* III. *lib. & cap. quo ſupra, idem Fabricius in Bibliographia antiquaria cap.* XXIII. *Struvius in antiquitatum Romanarum prooemio, Burmannus in praefatione Gruterianae collectionis inſcriptionum. Jo. Chriſtianus Neu in acceſſionibus ad Degorei Wheari Relectiones hiemales (ſic enim inſcripſit) in pag.* 85 *de inſcriptionibus, & earum collectionibus quoque egit. De inſcriptionibus, quae Conſtantinopoli fuerunt, aut ſunt; quae in Imperio Orientali, ſive Antiquitatibus Conſtantinopolitanis, a Bandurio collectae ſunt; nonnulla mentio facta eſt in Fabricii Bibliotheca Graeca lib.* V. *cap.* V. *& in Actis eruditorum publicatis Lipſiae menſe Novembri anno* CIↃ IↃ CC XII. *Quae eſt a Sebaſtiano Maccio veterum inſcriptionum facta collectio, ea memoratur Holſtenio in adnotationibus in Italiam antiquam Cluverii ad pag.* 290. *&* 622. *& Mabilloni in Itinere Italico litterario pag.* 176. *& Königio in Bibliotheca vetere & nova, & Morhofio in Polyhiſtore lib.* IIII. *cap.* XIIII. *& Burmanno in praefatione repetitae editionis inſcriptionum a Grutero collectarum atque digeſtarum pag.* 4. *& Fabricio in Bibliotheca Latina lib.* IIII. *cap.* V. *Mabillon in Itinere Italico litterario pag.* 53. *ubi de baſilica S. Paulli, quae eſt in via Oſtienſi, loquitur, ait pavimentum re-*

refectum esse ex fragmentis inscriptionum veterum, quas collegit Cornelius Margarinus monachus Casinas Idem Mabillon pag. 70. de illa collectione inscriptionum, quae sunt apud S. Paullum, loquitur. Bernardus de Montfaucon in Diario Italico cap. XII. Pavimentum, *inquit*, magna parte inscriptionum fragmentis constat, quae non modico volumine cusae Romae sunt. *In Bibliotheca Heinsiana in parte posteriore pag.* 130. *N.* 18. *legitur:* Inscriptiones antiquae basilicae S. Paulli ad viam Ostiensem. Romae 1654. *Et sic in aliis catalogis. At in Bibliotheca Nicolaiana pag.* 130. *sive* 278. *N.* 32. *quod ad tempus editionis ejusdem libri attinet, est* 1645. *Idem Mabillon pag.* 114. *ubi de suburbana aede S. Januarii Neapolitani loquitur, fragmentis inscriptionum veterum ait totum pavimentum stratum esse. Idem Mabillon pag.* 198. *ubi de bibliotheca, quae in Bononiensi abbatia S. Salvatoris est, loquitur, ait:* Ceterum epigrammatibus antiquae Urbis, quae Jacobus Mazochius tempore Leonis X. vulgavit, praemittitur manu descripta collectio veterum inscriptionum, ab anonymo erudito facta, *& cetera. Idem Mabillon pag.* 215. *hoc refert:* Varias Comensis agri atque urbis inscriptiones in unum corpus collegit anno MDXXVI. Benedictus Zobius, & ipse Comensis, cujus collectionem Romae in bibliotheca Christinae reginae videmus cum ejusdem Zobii observationibus. At pleraeque illae inscriptiones jam in lucem prodierunt. *Idem Mabillon pag.* 205. *loquens de Joanne Marca-nova:* Is, *inquit*, veteres inscriptiones ex Italia, variisque aliis regionibus conquisitas conjecit in librum, quem Malatestae Novello Caesenae principi nuncupavit anno MCCCCLXV. *Idem Mabillon pag.* 38. *refert, multas veteres inscriptiones Rodigii penes Camillum Silvestrum fuisse. Licet hoc videre in illius adnotationibus in Juvenalem cum Persio ab ipso illo Italico sermone conversum, expressumque versibus. Idem Mabillon in Itinere Germanico pag.* 29. *de Eremo B. Mariae ita memorat:* In bibliotheca multi sunt exquisiti codices, ex quibus non pauca excerpsimus in consequentibus referenda: quales sunt inscriptiones Romanae insignes, *& cetera. Idem Mabillon in Itinere Germanico pag.* 75. *de coenobio Seonensi sive Sedunensi ita refert:* Adalbertus loci abbas humanissimus nos benigne excepit, veteres inscriptiones Romanas, aliaque monumenta nobis ostendit, sui monasterii historiam a Strengelio editam dedit, in qua praedictae inscriptiones referuntur, uti etiam in Metropoli Salisburgensi. *Bernardus de Montfaucon in Diario Italico cap.* XXI. *pag.* 303. *& sequentibus catalogum librorum manuscriptorum, quos habebat Neapoli Josephus Valletta, includit. In eo catalogo legitur* Collectio variarum inscriptionum. *& cetera. Vir etiam ille nobilis, cujus domus ab doctis celebrabatur, ut quae maxime umquam, multa antiquitatis monumenta collegerat. Tria epigrammata in ejusdem illius Vallettae bibliothecam, quae ornata signis atque picturis, instructaque libris plurimis erat, inveniuntur in poema-*

***** *****

tis

tis Petri Francii quondam amici mei lib. II. *epigram. De Cyriaco Anconitano Voſſius in lib.* III. *parte* III. *de hiſtoricis Latinis in cap.* X. *legi poteſt. Ioannes Baptiſta Donius in libro, cui titulus eſt,* De reſtituenda ſalubritate agri Romani; *quique habetur in Novo theſauro antiquitatum Romanarum ab Alberto Henrico de Sallengre edito in tomo* I. *de ſua collectione inſcriptionum antiquarum hoc refert:* Aliud etiam ex enumeratis a Plinio oppidis aetate ipſius ſuperfuiſſe videtur; quod in gratiam nobiliſſimae Columnenſis domus, illuſtrandaeque antiquitatis cauſſa, & ut manifeſtum ſit, quantum utilitatis ex antiquarum inſcriptionum collectione atque obſervatione capere poſſimus, ex una earum (quarum poſt Gruterum ad ſex millia fere collegi, non Ethnicarum modo, ſed Chriſtianarum etiam veterum) liquido deprehendiſſe videor. *Inſcriptiones in Bibliotheca Lugdunenſi Batava locis aliquot inter libros manu ſcriptos collectae habentur: ut in ejus catalogo videre licet. Item in Bibliothecis Anglicis & Hibernicis inter codices manu ſcriptos, & quidem in locis pluribus: ut in earum catalogis licet videri. In Bibliotheca Nicolaiana pag.* 148. *ſive* 310. (*nam duo ejuſdem catalogi exempla ſunt, alterum typis majuſculis eſt.*) *N.* 9. *legitur:* Liber inſcriptionum antiquarum collectionem continens, inter quas plurimae ſunt ineditae. In 4° *In Bibliotheca Wittiana N.* 55. *inter libros manu ſcriptos in folio (ut librarii appellant) legitur:* Inſcrittioni antiche manoſcritte. *In eo codice chartaceo, qui nunc (ut alibi dixi) meus eſt, ad paginas fere ſingulas antiquae inſcriptiones plurimae ſunt agglutinatae. Koolius, penes quem fuit illa collectio, pleraſque omnes magna cura & diligentia recognovit. In Bibliotheca Hohendorfiana inter libros manu ſcriptos in folio legitur N.* 136. Antiquitates & inſcriptiones Nemauſenſes opera & ſtudio G. Guirani: *& cetera eadem fere, quae in conſpectu operis ſunt. Qui conſpectus in Novo theſauro antiquitatum Romanarum in tomo* I. *pag.* 1049. *Gaillardi Guirani librum de duobus nummis aereis Nemauſenſibus ſubſequitur. Offendes in Bibliotheca Hohendorfiana inter libros manu ſcriptos, ut etiam in illa Hulſiana, inſcriptionum collectiones alias pluſculas. At bona pars Gruteri operi inſerta eſt. Indices librorum manu ſcriptorum perlege. Inſcriptiones Graecae, Joanne Macario interprete, cum adnotationibus ejus in collegio trilingui Buſlidiano in Academia Lovanienſi adſervantur. Macarii Abraxan pag.* 3. *vide. Hallervordius in Bibliotheca curioſa id quoque refert. De inſcriptionibus Palmyrae inventis, Actorum eruditorum, quae Lipſiae publicantur, ſupplementa in tomo* III. *ſectione* III. *& Bibliotheca librorum novorum collecta a Ludolpho Neocoro ſive Kuſtero menſe Auguſto & Septembri A.* 1697. *loc.* XII. *& Commentarii litterarii, Gallice compoſiti, & ex regeſtis Academiae regiae inſcriptionum & litteraturae prolati, in tomo* II. *parte* II. *pag.* 152. *ſive in tomo* IIII. *pag.* 152. *legi poſſunt. Inſcriptiones Graecae Palmyrenorum cum adnotationibus Thomae Smithi, & cum ſcholiis Edwardi Bernardi, ſunt inter opuſcula Smithi, quibus novus titulus praeſcriptus eſt Rotteraedami A.* CIↃ IↃ CC XVI. *ſicut librariis mos eſt, ſi quam copiam exemplorum compararunt. Inter opera Jacobi Rhenferdii, quae ad philologiam ſpectant, quae Trajecti ad Rhenum A.* CIↃ IↃ CC XXII. *ſimul junctim edita ſunt cum praefatione Davidis Millii, eſt loco* XIIII. Periculum Palmyrenum; *de quo*

Cle-

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Clericus etiam in Bibliotheca ſelecta (Bibliotheque choiſie *Gallice*) *in tomo* V. *fecit mentionem. Chriſtophori Cellarii diſſertatio hiſtorica de imperio Palmyreno eſt prima diſſertationum ejus Academicarum; quae a Jo. Georgio Walchio collectae ſunt. Valentis ſive Vaillant patris diſſertatio de nummo Zenobiae reginae in urbis Palmyrae ruinis reperto; & Renaudoti diſſertatio de nomine Septimia, quod eſt junctum cum nomine Zenobia, in nummis hujus reginae; & ejuſdem Valentis diſſertatio de nummis Vabalathi; in iis Commentariis litterariis, quibus modo dixi, inſunt. Templum autem dei Heliopolitani, de quo loquitur Renaudotus pag.* 178. *ſive* 175. (*ut in tranſitu de hoc quoque dicam*) *quale erat A.* 1647. *&* 1689. *&* 1697. *deſcripſerunt* αὐτόπται, *Monconyſius in Itinerario Syriae & Aſiae minoris Gallice compoſito in parte* II. *pag.* 99. *& Roqueus in Itinerario Syriae & Libani montis Gallice compoſito in tomo* I. *pag.* 108. *& Maundrellus in Itinerario a Beroea* (*quam* Χάλεπ *Graeci recentiores appellaverunt, Aleph ſive Halaph ſive Halapiam Latini recentiores*) *ad Hieroſolymam Britannico ſermone confecto ſecundum Gallicam interpretationem pag.* 227. *De hoc ipſo dei Heliopolitani templo praeter Holſtenium in notis ad τὰ Ἐθνικὰ Stephani Byzantii in τῷ Ἡλιούπολις, a Renaudoto laudatum, vide etiam Relandum in Palaeſtina lib.* III. *pag.* 794. *Omitto Dapperum in deſcriptione Syriae, & alios. Iſte deus qui fuerit, inveni apud Macrobium in Saturnaliorum lib.* I. *cap.* XXIII. *Cujus haec verba ſunt:* Aſſyrii quoque Solem ſub nomine Jovis, quem Dia Heliopoliten cognominant, maximis caerimoniis celebrant in civitate, quae Heliopolis nuncupatur. Ejus dei ſimulacrum ſumptum eſt de oppido Aegypti, quod & ipſum Heliopolis appellatur, regnante apud Aegyptios Senemure, ſeu idem Senepos nomine fuit: perlatumque eſt primum in eam per Opiam legatum Deleboris regis Aſſyriorum, ſacerdoteſque Aegyptios, quorum princeps fuit Partemetis; diuque habitum apud Aſſyrios poſtea Heliopolim commigravit. Cur ita factum, quaque ratione Aegypto profectum in haec loca, ubi nunc eſt, poſtea venerit, rituque Aſſyrio magis quam Aegyptio colatur, dicere ſuperſedi, quia ad praeſentem non attinet cauſſam. Hunc vero eumdem Jovem Solemque eſſe, quum ex ipſo ſacrorum ritu, tum ex habitu dinoſcitur. Simulacrum enim aureum ſpecie imberbi inſtat dextra elevata cum flagro in aurigae modum; laeva tenet fulmen & ſpicas, quae cuncta Jovis Soliſque conſociatam potentiam monſtrant. Hujus templi religio etiam divinatione praepollet, quae ad Apollinis poteſtatem refertur, qui idem atque Sol eſt. *Lege cetera. Animadverſiones Ludolphi Kuſteri in elogium, cujus initium eſt:*

ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ

& cetera; comparent inter Commentarios litterarios, quos modo dixi, in tomo VI. *Nondum illi in manus meas venerant, quum illud quoque in hac appendice praefationis meae formis ſive typis exprimendum curavi. In Actis eruditorum publicatis Lipſiae menſe Septembri A.* CIↃIↃCCXIII. *liber etiam recenſetur hoc titulo:* Julii Vitalis epitaphium cum notis Henrici Dodwelli, & commentario Guilhelmi Muſgrave. *& cetera.* Iſcae Dunmoniorum, & Londini, A. CIↃ IↃCCXI. *Deſcriptum eſt in tab.* VI. *illud epitaphium, quod acceptum amiciſſimo meo retuli ſupra. Sed, ut revertar ad collectiones inſcriptionum: in Io-*

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Iodoci Sinceri Itinerario Galliae cum appendice de Burdigala quaedam inſcriptiones reperiuntur. In Epiſtolis itinerariis Jacobi Tollii cum adnotationibus Henrici Chriſtiani Henniinii prolatae ſunt aliquot inſcriptiones. Idem Tollius in Fortuitis etiam aliquot inſcriptiones protulit. Lege ejuſdem Tollii epiſtolam ad Giſbertum Cuperum pag. 264. *Carolus Patinus in Relationibus hiſtoricis peregrinationis Alamannicae, Anglicae, Hollandicae, Bohemicae, Helveticae & ceterae, quaſdam inſcriptiones collegit. Thomas Smithus in Notitia ſeptem eccleſiarum, quae fuerunt in Aſia, & in Notitia Conſtantinopoleos, collegit inſcriptiones Graecas & Latinas. Jacobus Sponius, & Georgius Whelerus, par inſigne peregrinatorum, & antiquitatis amore gemellum, in Itinerariis Italiae, Dalmatiae, Graeciae & Aſiae Minoris, Gallico & Britannico ſermone conſcriptis, veteres inſcriptiones, quum Latinas, tum vero Graecas, collegerunt. Idem Sponius in Hiſtoria Genevae ſcripta Gallice in fine libri poſuit inſcriptiones veteres & recentes, quae in ea urbe erant, atque in vicinia. Prope oppidum Cliviam in loco, qui* Bergendal *nominatur, quaſi ſi dicas,* Mons & vallis, *aliquot antiquitatis monumenta collegit Joannes Mauricius comes Naſſovienſis; de quo principe loquitur Imhofius in Notitia S. Rom. Germanici imperii procerum lib.* v. *cap.* vi. *pag.* 339. *Illorum monumentorum, quae hodieque ſingularia ornamenta ejus loci ſunt, inſcriptiones Chriſtophorus de Vries advenarum cauſſa retulit in extremum libellum, quem inſcripſit* Den Cleefſchen luſthoff, *id eſt,* Clivenſe viridarium. *Ut omittam alios, lapidum Clivenſium commeminit Almeloveenus in opuſculo, quod* Antiquitatum e ſacris profanarum ſpecimen *inſcriptum eſt, in pag.* 134. *Sed iſta, quam vidimus in mediana oppidi porta, falſo jactatur imago Eumenii rhetoris Aedui Auguſtodunenſis; cujus & aliae ſunt orationes, & de reſtituendis patriae ſuae Maenianis nobilis oratio. Sumpſeris Teſchenmacheri annales Cliviae, & finitimarum civitatum, cum adnotationibus Dithmari; unde ille rhetor Clivenſis haberi coeptus ſit, leges pag.* 26. *Idem Dithmarus in addendis & emendandis laudavit Braunium, cujus liber de veſtitu ſacerdotum Hebraeorum inſpici poteſt. Eumenium de rhetoricam profeſſo profeſſorem juris Romani facit in pag* 12. *demonſtrator uniuſcujuſque viſendi. Quamquam eum ſacrae memoriae magiſtrum Imperatores & Caeſares litteris, quas etiam editae orationi inſeruit, hortati ſunt, ut profeſſionem oratoriam repeteret, atque in Auguſtodunenſium (non Auguſto Clivenſium) oppido ad vitae melioris ſtudium adoleſcentium excoleret mentes. Sic Virgilium, ubi monumentum ejus eſt aditum haud procul Neapoli, quod ut templum Silius, Maroneique templi nomine Statius celebravit, monſtrator hoſpitibus ait, magum fuiſſe; & magicis artibus patefeciſſe Cryptam Neapolitanam, per quam tranſiretur; & quotidie exiſſe in quoddam ſacellum (digitoque oſtendit) miſſam audiendi cauſſa: quod facere more veterum Romanorum ſolebat. Cur non celebrandi cauſſa? Nam (quod Appuleius apud plurimos auctores legit) Perſarum lingua magus eſt, qui Latina ſacerdos. Virgilium autem (ſi falſum eſt crimen libidinis) & ore & animo tam probum fuiſſe conſtat, ut Neapoli Parthenias vulgo appellaretur: Donato & Servio teſtibus. Quid, quod doctiſſime jus pontificium, tamquam hoc profeſſus, in multa & varia operis ſui parte ſervavit; ut vel pontifex maximus videretur: Macrobio & Servio teſtibus? Quid, quod omnes a Silveſtro* II. *uſque ad Gregorium* VII. *pontifices maximi (ut ceteri omittantur) magi fuerunt: Baleo & aliis, quos citavit, teſtibus? Scilicet legibus erant ſoluti; quae jubent, ei, qui magus ſit, ſacrificiis interdici. Et haec quidem per jocum. Donatus ſcriptor vitae Virgilii puerilibus fabulis referſit libellum. Hanc credo cauſſam de Virgilio quaſi mago, & de ejus equo aeneo ſomniandi fuiſſe. Quamquam vetus eſt haec opinio, montem Pauſilypi eſſe a Virgilio perforatum. Verba compluſcula Petrarchae ſuper ea re adpoſui ex Itinerario Syriaco.* Non longe a Puteolis Falernus collis attollitur, famoſo palmite nobilis: inter Falernum & mare mons eſt ſaxeus, hominum manibus confoſſus, quod vulgus inſulſum a Virgilio magicis cantaminibus factum putat: ita clarorum fama hominum non veris contenta laudibus, ſaepe etiam fabulis viam facit. De quo quum me olim Robertus regno clarus, ſed praeclarus ingenio ac litteris, quid ſentirem multis adſtantibus percun-

cunctatus esset, humanitate fretus regia, qua non reges modo, sed homines vicit, jocans nusquam me legisse magicarium fuisse Virgilium respondi: quod ille severissimae nutu frontis adprobans, non illic magici, sed ferri vestigia confessus est. *Deinde paullo infra.* Sub finem fusci tramitis, ubi primo videri caelum incipit, in aggere edito ipsius Virgilii busta visuntur, pervetusti operis, unde haec forsan ab illo perforati montis fluxit opinio. Juxta breve devotissimum sacellum supra e crypte exitum. *Hactenus Petrarcha. Cryptae Neapolitanae tam mirabilis operis incertus auctor est. Quamquam in Scipionis Mazzellae libro de situ & antiquitatibus Puteolorum Italice composito in cap.* XXXI. *poetae nescio cujus quatuor versus hi sunt, quos Paullus Regius episcopus Vici meminerat legere se.*

Viscera quis ferro est ausus prorumpere [perrumpere, *ut opinor.*] montis,
Cautibus in duris quis patefecit iter?
Cocceium, verum est, saxum montemque cavasse.
Vanaque jam cesset fama, Luculle, tua.

Atqui Lucullus, *producta prima syllaba, dicebant veteres poetae. Misson in Itinerario Italiae Gallice composito in epist.* XXIII. *sub finem, & Addisson in Animadversionibus in quosdam Italiae locos in pag.* 136. *secundum Gallicam interpretationem, de monumento Virgilii, & de Crypta Neapolitana, legi possunt. Ceterum haec non contumeliae causa me animadvertisse, sed recognoscendae antiquitatis amore, scito. Quod non amo falsas inscriptiones statuarum alienarum, ignoscet mihi genius amoeni sane, & satis vetusti oppidi: hoc Ciceronis habeo. At idem alibi ait:* Atque haec omnia ad memoriam vetustatis, non ad contumeliam civitatis referri volo. *De fabulosis antiquitatibus Batava simplicitate jocatus sum. Henricus Cannegieterus in dissertatione de aetate & stilo Flavii Aviani, cujus fabulas Aesopeas nunc nuper recognovit, in cap.* XX. *testificatus est monumenta, quae in agro Clivensi exstant, atque ab illo descripta sunt. Pergam porro. Scipio Mazzella in libro de situ & antiquitatibus Puteolorum Italice composito in cap.* XXX. *itemque Josephus Mormile in Italica descriptione Neapoleos, & antiquitatum Puteolanarum, in cap.* 35. *collectas habet inscriptiones, quae Puteolis, Cumis, Bajis, Miseni, & in vicinia, diversis temporibus sunt repertae. Aliquot monumenta vetustatis ex larario Stephani Broelmani sunt in ejus libro, cui titulus est:* Epideigma, sive specimen historiae vet. omnis & purae florentis atq. amplae civitatis Ubiorum, & eorum ad Rhenum Agrippensis oppidi, quod post Colonia Claudia Aug. Agrippinensis. *& cetera. A Roderico Caro in libro antiquitatum Hispalensium Hispane composito aliquot inscriptiones prolatae sunt. Titulus hic libri Hispani est:* Antiguedades, y principado de la ilustrissima ciudad de Sevilla; y chorographia de su convento juridico, o antigua chancilleria; autor el D. Rodrigo Caro: *id est, verbum ex verbo:* Antiquitates, & principatus illustrissimae civitatis Hispalis; & chorographia juridici conventus

ejus, ſive antiquae cancellariae; auctore domno Roderico Caro. *Liber, cui titulus eſt,* Monumenta illuſtrium virorum, & elogia, *continet inſcriptiones veteres & recentes. Novata & aucta eſt libri editio Trajecti ad Rhenum anno* 1671. *Inſcriptiones pleraeque omnes etiam in aliis libris reperiuntur. Illa, quae inventa eſt hic viciniae in Wiltenburgo, & ſic incipit,*

IOVI· O· M· SVMMO
EXSVPERANTISSMO

legitur etiam in Reineſii Syntagmate inſcriptionum antiquarum in clas. I. *loc.* CC XXXXIIII. *Eandem illam inſeruit ex Monumentis illuſtrium virorum Sponius in Miſcellaneis eruditae antiquitatis pag.* 72. *Et illa, quae ibidem loci inventa eſt, & ſic incipit,*

D· M· VALENTI
BITITRALI

legitur etiam in Reineſii Syntagmate in clas. VIII. *loc.* LVIII. *Monumentum Maronis, de quo ſupra memoravi, licet etiam videre in tab.* X. *pag.* XXI. *Joannes Mabillon, & Michael Germain, Benedictinorum fratrum par nobiliſſimum, in Itinere Italico litterario non paucas inſcriptiones collegerunt. Roqueus in Itinerario Syriae & Libani montis nonnullas inſcriptiones collegit. Idem Roqueus in tomo* 1. *pag.* 229. *meminit Sponii junioris; qui, quum Tamyran ſive* Ταμύραν *nomine fluvium (flumen amoris Latini recentiores appellaverunt) inter Berytum & Sidona tranſire voluiſſet, cum equo, in quo vehebatur, impetu amnis ablatus in mare proximum, interiit. Neſcio, an ille miſer fuerit filius Jacobi Sponii, quem toties laudavi; & nepos Caroli Sponii, ad quem ſunt Guidonis Patini epiſtolae. Jacobus Sponius in praefectura Bernati, quae ab oppido Bibiſco ſive Viviſco denominata eſt, mortem obiit. Eſt de obitu Jacobi Sponii nobile epigramma Petri Francii in lib.* II. *epigrammatum. Danielem Coſſonium, cujus neci illacrimabam, Jacobi Gronovii Memoriam Coſſonianam legens, praeter monumentum Ancyranum Graecas pluſculas inſcriptiones quoque habuiſſe, apparet ex eo ſcripto. Sceleſtum, ſi neſcis, ac nefarium facinus audias. Etenim duo quidam barbari ab Algira piratae, exſcenſione facta, comitibus adſcitis duobus aliis praedonibus regionis indigenis, Coſſonium adorti, quum ante coenam ſolus inambularet cum libro in manu prope vicum maritimum nomine Hadgilar, (eo noſtrates negotiatores, apud quos vice conſulis fungebatur, conceſſerant, Smyrna tremore terrae prolapſa) nec opinantem occupaverunt; eumque in tuguriolum quoddam deſertum extra viam abductum, & nervis majoribus calcis, quos tenontas appellant, inciſis, miſerandum in modum necaverunt. Ita vir optimus a praedonibus deterrimis acerbiſſima morte eſt adfectus; & quem ruina urbis non oppreſſerat, inventi ſunt facinoroſiſſimi ſicarii, qui eum vita crudeliſſime privarent. Recenſus eſt in Actis eruditorum publicatis Lipſiae menſe Febr. A.* CIↃ IↃ CXCII. *libellus neſcio cujus hominis eruditi cum hoc titulo:* Monumens antiques, *id eſt,* Monumenta antiqua, *& cetera. Videtur eſſe ſpecimen operis. Necdum etiam in manus incidit. Laurentius Begerus in Spicilegio antiquitatis pag.* 75. *& ſequentibus ex autographo libro Stephani Winandi Pighii, qui in bibliotheca Pruſſiae regis inter libros manu ſcriptos adſervatur, nonnullas inſcriptiones edidit, plures correxit. Paullus Ricautus in hiſtoria eccleſiae Graecae & Armeniae aliquot inſcriptiones protulit. Legere oportet Acta eruditorum publicata Lipſiae menſe Januario A.* CIↃ IↃ CLXXXXIII. *Ricauti honorificentiſſime meminit Sponius in Itinerario ſuo in tomo* 1. *lib.* III. *pag.* 184. *Henricus Maundrellus in Itinerario a Beroea ad Hieroſolymam habet quaſdam inſcriptiones.*

Ber-

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Bernardus de Montfaucon in Palaeographia Graeca, & in Diario Italico, permultas inscriptiones Graecas & Latinas collegit, atque illustravit. Fuit etiam diligens veterum monumentorum peregrinator Paullus Lucas. Illum inter cetera Graecas & Latinas inscriptiones, quas collegerat multas, in via perdidisse, questus est prologus in Itinerario Minoris Asiae Gallice composito. Idem Paullus Lucas in Itinerario Turciae, Asiae, Syriae, Palaestinae, Superioris & Inferioris Aegypti, Gallice item composito, in tomo II. *lib.* VI. *pag.* 336. *retulit in catalogum rerum vetustate ac raritate notabilium, quas tertia peregrinatione consecutus erat, octo & viginti inscriptiones monumentorum Graeciae, Asiae & Aegypti suis locis descriptas, & in bibliotheca Academiae regiae inscriptionum & litteraturae dedicatas. Et Lucae quoque itinerariis nonnullae inscriptiones insertae reperiuntur. Josephus Pitton de Tournefort in Itinerario Minoris Asiae non paucas inscriptiones collegit. Laudavit illum Bernardus de Montfaucon in Palaeographia Graeca pag.* 121. *&* 154. *&* 173. *Joannes Clericus in Bibliotheca selecta* (Bibliotheque choisie *Gallice inscribitur) in tomo* XII. *pag.* 197. *mentionem facit de inscriptionibus, quas collectas habet. Quippe ubi recenset Joannis Vignolii dissertationem de columna Antonini Pii. Accedunt huc antiquae inscriptiones selectae. In Itinerario litterario duorum religiosorum Benedictinorum e congregatione S. Mauri (Edmundus Martene & Ursinus Durand sunt nominati) Gallice composito leguntur quaedam inscriptiones, quae Aptae fuerunt aliisque locis inventae. Recensio libri est in Actis eruditorum publicatis Lipsiae mense Novembri A.* CIↃ IↃ CC XVIII. *Illa inscriptio, quae est in parte priore pag.* 267. *& sic incipit,*

D. M.

LIBERORVM

illustratur in Historia Academiae regiae inscriptionum & litteraturae scripta Gallice in tomo III. *pag.* 440. *Nicolaus Chevalier Gallice composuit librum de rebus vetustate ac raritate notabilibus; quae ex Italia, Graecia, Aegypto venere; & Noviomagi, Santenae, in Wiltenburgo prope Trajectum, in Brittenburgo prope Lugdunum, & Tungris repertae sunt. Nonnullae inscriptiones ibi leguntur. Fuit in hac urbe monstrator hospitibus & comes:* guida de forastieri *vocant Itali. Fuit bibliopola, & mango gemmarum scalptarum. Cudere solebat quoslibet nummos. Scriptitavit ephemeridem Trajectensem,* la gazette d' Utrecht *Gallice. Trajectum reliquit, & rursus Amstelodamum demigravit. Exposuit in domo S. Hieronymi Trajectensis, sive in armamentario publico, visenda monumenta vetustatis qualiacumque; deinde item in conclavi, quod est supra concamerationem porticus Amstelodamensis, quae Bursa vocatur. Omnia tentavit, & nihil expedivit. Eum novi miserum, & me ejus miseritum est. Gisbertus Cuperus multas inscriptiones ineditas collegisse memoratur in elogio, quod in eum est in Historia Academiae regiae inscriptionum & litteraturae scripta Gallice in tomo* II. *Jacobus Le Long in Bibliotheca historica Galliae* (Bibliotheque historique de la France *Gallice inscribitur) lib.* IIII. *multas antiquitatis monumentorum collectiones indicavit. Addisson in Animadversionibus in quosdam Italiae locos in pag.* 268. *secundum Gallicam interpretationem refert, magnum ducem Etruriae jussisse, ut spatiosum conclave praepararetur, ubi veteres inscriptiones. & urnae, & monumenta, & hujusmodi rerum antiquarum collectiones collocarentur. Lege cetera. Idem Addisson in pag.* 275. *refert, se permissu ducis Parmae vidisse in palatio porticum cum conclavibus; quorum unum erat ornatum veteribus inscriptionibus, & imaginibus, quas idola nominant scriptores ecclesiastici, & imaginibus thorace tenus sive usque ad pectus expressis, quas Galli* bustes *vocant, & numismatibus, & hujusmodi rebus antiquis. Idem Addisson in pag.* 297. *loquitur de colonia Equestri, & de antiquis inscriptionibus ibi repertis. Apud quosdam veteres auctores ejus coloniae memoria est. Videas Cluverium in Germaniae antiquae lib.* II. *cap.* IIII. *& Cellarium in Geographiae antiquae lib.* II. *cap.* III. *& Sponium in Historia Genevae scripta Gallice in tomo* I. *lib.* I. *& in tomo* II. *pag.* 319. *Novam Genevensem editionem indico. Dissertatio de colonia Equestri est inter accessiones in tomo* II. *pag.* 300. *Antiquae inscriptiones, praeterquam quas ipse Sponius collectas habet, additae sunt: & illae, quas habet, illustrantur. Dissertationes de quibusdam inscriptionibus antiquis addidit Viriminus Abauzit, qui praeest Genevensi bibliothecae;*

Quem

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Quem fraudare nefas laudis honore ſuae.

Irenaeus della Croce Carmelita diſcalceatus, quam Italice ſcripſit hiſtoriam Tergeſtis, eam compluribus inſcriptionibus locupletavit, & ornavit. Scipio Maffeius regiae majeſtati Victoris Amadei dedicans Hiſtoriam de diplomatibus ſcriptam Italice memorat ſe habere in manibus univerſalem collectionem lapidum litteratorum ineditorum aut ſparſorum, & commentarium de uſu & poteſtate inſcriptionum. Hoc opus in acceptum ut referamus, marchionem illuſtriſſimum & doctiſſimum non poſſumus non amatores antiquitatis precari. Conſpicitur jam ſub dedicationis finem Seguſinus arcus cum inſcriptione non prius illuſtrata. Peregrinator d'Aubry de la Motraye in Itineribus Europaeis & Aſiaticis & Africanis, ut ait prologus, conquiſivit undique numiſmata & inſcriptiones & alia monumenta antiquitatis Graecae & Romanae & Runicae. Haec ſunt in libro, qui inſcriptus eſt, Amoenitates literariae, *& editus a Joanne Georgio Schelhornio: in tomo* V. *loc.* V. Marci Velſeri monumentorum Auguſtan. ſupplementum: *in tomo* VII. *loc.* I. Commentatio in antiqua monumenta in agro Tigurino A. MDCCXXIV. eruta: *in tomo* VIIII. *loc.* V. Jo. Jacobi Breitingeri ſupplementum ad commentationem de monumentis antiquis in agro Tigurino erutis: *in tomo* X. *loc.* VII. Monumenta Heilbronnenſia, in agro Cis Nigrano inventa: *loc.* VIII. Jo. Jac. Breitingeri de nonnullis lapidibus literatis Romanae pietatis monumentis amica diſputatio. *Carolus Caeſar Baudelot teſtamento, ut in Hiſtoria Academiae regiae inſcriptionum & litteraturae in tomo* III. *pag.* 12. *ſcriptum eſt, Academiae illi reliquit partem bibliothecae ſuae, nummos omnes veteres ac figuras cum collectione ſingularium inſcriptionum Graecarum & Latinarum. Inter has ſunt iſtae, quas Nointelius regis Galliae legatus ad imperatorem Turcicum ex Oriente deportaverat. Una, quae plus duo millia annorum habet, praefectorum & militum principalium nomina continet, quos Athenienſes eodem anno in expeditionibus quinque perdiderant. Elogium ejuſdem Baudelot pag.* 617. *volupe eſt legiſſe. Reperiuntur ad Fanum S. Bertrandi plurimae inſcriptiones, numiſmata & urnae; eſtque Vallis Capraria plena monumentorum veterum: ut eſt in Hiſtoria Academiae ejuſdem in tomo eodem pag.* 439. *Legitur in elogio Joannis Franciſci Simonis, quod eſt in Hiſtoria Academiae ejuſdem in tomo eodem, pag.* 565. *quum Peletieri patris a ſecretis fuiſſet, & contraſcriptor rationis munitionum eſſet, bellicorum operum architectos Gallos, & etiam extraneos, ne quo non genere demererentur regium miniſtrum, ſub cujus erant diſpoſitione, ad illum de ſingularibus locorum, ubi conſiſtebant, & de veſtigiis antiquitatum, quae iſtic animadvertebantur, & de monumentis, quae ibi reperiebantur, retuliſſe: id quod eliciebat eruditas reſponſiones, quae a Simone informari ſolebant, & quae poſtmodum recipiebant ultimam manum magiſtralem. Commemorantur in elogio Euſebii Renaudot, quod eſt in Hiſtoria Academiae ejuſdem in tomo eodem, pag.* 589. *diſſertationes ejus, quas ſupra jam dixi. In elogio Nicolai Joſephi Foucault, quod eſt in Hiſtoria Academiae ejuſdem in tomo eodem, pag.* 603. *mentio fit multarum veterum inſcriptionum ab ipſo illo viro illuſtri miſſarum, quum ad Academicos de vetuſta civitate Viducaſſium a Cadomo leugis* II. *detecta referret. Legas Hiſtoriam Academiae ejuſdem in tomo* I. *pag.* 396. *Qui monumenta* DEAE NEHALENNIAE *inſcripta collegerunt illuſtraveruntque, hi ſunt. Menſo Alting in Notitia Germaniae inferioris antiquae N.* III. *T.* III. *Nicolaus Blancardus in epiſtola ad Jacobum Lydium. Eſt in Sylloges epiſtolarum a viris illuſtribus ſcriptarum tomo* II. *N.* CCCLXXVIIII. *editore Petro Burmanno. Eſt eadem ſub finem libri Lydiani mox nominandi in pag.* 262. *Cornelius Boott in epiſtolis ineditis ad Hadrianum Relandum, quae jam non comparent in ſcriniis Relandinis. Domburgenſis quondam eccleſiaſtes, mox Vliſſingenſis, & poſt Trajectenſis fuit. Marcus Zuerius Boxhornius in libro Belgico, cujus eſt titulus,* Bediedinge van de tot noch toe onbekende afgodinne NEHALENNIA *& cetera. Idem Boxhornius in libro Belgico, cujus eſt titulus,* Antwoord op de vraaghen hem voorgeſtelt over de Bediedinge van de afgodinne NEHALENNIA. *Chriſtophorus Arnoldus, ut ait in epiſto-*

la

PRAEFATIONIS APPENDIX.

la ad Georgium Richterum, quae eſt inter ſelectas Richteri & ejus familiarium epiſtolas in pag. 470. *in Latinum illum convertit. Atque hujus interpretationis ipſe Boxhornius ſuaſor & auctor fuit. Vide etiam Acta eruditorum publicata Lipſiae menſe Julio A.* CIↃ IↃ CCXXXI. *pag.* 326. *Matthaeus Gargon in libro Belgico, cui titulus eſt,* Walcherſche Arkadia, *pag.* 129. *& in parte altera pag.* 7. *Marquardus Gudius in collectione inſcriptionum pag.* IↃ CCCC LXXV. *& ſequentibus. Franciſcus Halma in libro Belgico, cui titulus eſt,* Tooneel der Vereenighde Nederlanden, *& cetera. Maternus Harwich, & R. v. Loven, & alii amatores antiquitatis noſtrae, in libro Belgico, cui titulus eſt,* Antiquitates Belgicae, *pag.* 10. *Nicolaus Heinſius in epiſtolis ad Joannem Fredericum Gronovium, & idem Gronovius in epiſtola ad eundem Heinſium. Sunt in Sylloges epiſtolarum a viris illuſtribus ſcriptarum tomo* III. N. CCXIIII. & CCXV. & CCXVI. *Joannes Georgius Keyſlerus in Exercitatione hiſtorica de dea NEHALENNIA. Recenſetur in Actis eruditorum publicatis Lipſiae menſe Aprili A.* CIↃ IↃ CC XXI. *pag.* 164. *Titulus eſt univerſi operis :* Antiquitates ſelectae Septentrionales & Celticae, *& cetera. Simon van Leeuwen in libro Belgico, cui eſt titulus,* Batavia illuſtrata, *cap.* III. *Jacobus Lydius in libro, cui titulus eſt,* Belgium glorioſum, *pag.* 3. *& in notis in eum librum pag.* 179. *& in epiſtola ad Nicolaum Blancardum pag.* 271. *N. S. N. in epiſtola quadam Domburgenſi, & Henricus Bruno in epiſtola ad Petrum Scriverium, & Conſtantinus Huygens in epiſtola ad eundem Scriverium. Sunt in Veteris aevi analectis, quae vulgavit Antonius Matthaeus, in tomo* VI. N. VI. & VII. & VIII. *Everardus Otto in libro ſingulari de tutela viarum publicarum in parte* I. *cap.* V. & XIIII. *Joachimus Oudaan in libro Belgico, qui inſcriptus eſt,* Roomſche mogentheid, *pag.* 25. *Hadrianus Pars in libro Belgico, qui inſcriptus eſt,* Index Batavicus, *pag* 99. & III. *Thomas Reineſius in Syntagmate inſcriptionum antiquarum in clas.* I. *loc.* CLXXVII. *Idem Reineſius in clas.* I. *loc.* XXXVIIII. *in commentario. Matthaeus Smallegange in opere Belgico, quod* Cronyk van Zeeland *inſcriptum eſt, lib.* I. *cap.* IIII. *Ludolphus Smids in libro Belgico, cujus eſt titulus,* Schathamer der Nederlandſche oudheden; *& cetera. Joannes van Someren in libro Belgico, cujus eſt titulus,* Verſtelde oudtheyt, ofte Beſchrijvinge van Batavia *cap.* VIIII. *Jacobus Sponius in Miſcellaneis eruditae antiquitatis pag.* 110. *Et alii docti viri ab his laudati. Invenio in Bibliothecae Nicolaianae parte altera pag.* 58. *ſive* 117. *loc.* I.

DEAE NEHALENNIAE DACINVS LIFFIONIS FILIVS V. S. L. M. Stolata, in cathedra ſedens, frugibus refertum calathum manibus tenens, inter canem & caniſtrum pomiferum. Caret hoc marmore diſſertatio Boxhornii de dea Nehalennia; neque inſcriptio haec legitur apud Reineſium. *Inſcriptio quoque legitur in collectione Gudiana. Invenitur in Bibliotheca Cuperana pag.* 168. N. 102. Antiquiteiten van Walcheren. Anno 1647. *Et inter cetera pag.* 194. N. 256. Votum deae Nehaleniae ſolutum. *Fuit certe dea Nehalennia hic apud flumina nota, ut Marica dea litoris Minturnenſium juxta Lirem fluvium; de qua Servius ad Virgilium in Aeneid. lib.* VII. *vers.* 47. Dii enim topici, id eſt, locales, *ut ait ibi Servius,* ad alias regiones numquam tranſeunt. *Ammianus Marcellinus in lib.* XVIIII. *cap.* XII. Oppidum eſt, *inquit,* Abydum in Thebaidis parte ſitum extrema. Hic Beſae dei localiter appellati oraculum quondam futura pandebat, priſcis circumjacentium regionum caerimoniis ſolitum coli. *Tertullianus in apologetico adverſus gentes in cap.* XXIIII. *legi poteſt. Sequuntur Gudiana exempla inſcriptionum deae Nehalenniae.*

***** ***** **

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Pag. 10 CCCCLXXV. loc. 1.

DEAE
NEHALENNIAE
DACINVS LIFFIONIS
FILIVS. V. S. L. M.

Domburgi in Zelandia vicino Weſtcapellae municipio / pago ad maris litus; ſive ut Jo. Petrus Lotichius tom. v. Theatri Europ. habet, Domburgi in Walchria in comitatu Laterdal, qui eſt domini Ludovici van Alteren *d*i de Jaerſvelt A° 1647. detectum fuit fundamentum ſacelli, ut videbatur, a foſſoribus, qui fortuito in illud inciderant, cum multis aliis antiquitatibus, ruderibus, nummis etiam, & variis inſcriptionibus lapidibuſque, in quibus Neptuni, Mercurii, & deae cujuſdam, ut ex inſcriptionibus apparebat, Nehalenniae figura inciſa / inſculpta erat. Erant autem inciſae omnes inſcriptiones lapidi albo, cretae non colore, nec materiae fragilitate admodum diſſimili. Qui enim pulverem vel ſetaceis ſcopis removeret, multum etiam una ex lapide ipſo abradebat, litterarumq. ductus delebat. Superiorem deae Nehalenniae inſcriptionem Weſtcapellae in porticu templi aſſervatum cum ejuſmodi quatuor aliis ſubſequentibus A° 1694. comite Nic. Heinſio ibi vidit & deſcripſit Wilhelmus Goeſius ſenator curiae Hollandicae. Reineſius in ſuperiori hac inſcriptiuncula pro LIFFIONIS legendum putabat LIPPIONIS, id eſt, inquit, Philippionis, Φιλιππίων, Φιλίππισκος: ſed nobis videtur nihil mutandum, & omnino retinendum eſſe barbarum illud Friſicum ſive Belgicum nomen; qualia multa ſunt in eorundem locorum & populorum inſcriptionibus. Quin etiamnunc Belgis & Friſiis noſtris in vulgari uſu eſt nomen LIEF; quo nomine proprio multi viri vocantur: ex illo LIEF factum eſt terminatione Romana LIFFIO: aut ſi quis ad hodiernum idiotiſmum propius malit accedere, leviſſima mutatione LIEFIO. Immo etiam multi hodie inter Belgas & Friſios cognominantur a patris praenomine; ut iis gentibus moris eſt LIEFSEN, ſive LEEFSEN, ♀e, LIEFS-SOHN Latinis; ut in hac inſcriptione LIFFIONIS FILIVS. Rhen verſo cognomento NEHALE an non voluit Tacitus?

Rhenus German. Rhein, quaſi purgator, & puri matrimonii index: ἐλεγχιγάμος Nonno in Dionyſ. Meminit Claudianus, Galenus, Julianus, Nazianzenus. Vid. Lipſ. ad Tac. Germ. p. 556. in 8° [*Vide etiam Cluverium in Germaniae antiquae lib.* I. *cap.* XXI.]

DEAE NEHALENNIAE
OB MERCES RECTE CONSER
VATAS. M. SECVND SILVANVS
NEGOTTOR CRETARIVS
BRITANNICIANVS
V. S. L. M.

In lapide ſine dubio fuit NEGO⊤ĀOR

Eodem loco & tempore vidit & deſcripſit ampl. Goeſius. Videtur Britannus ille negotiator navem creta Britannica aliiſq. mercibus onuſtam per mare in flumen Nehalem deſtinaſſe, & periculi metu, ſi ſalva atq. integra flumini redderetur, ipſi Nehali ſive deae Nehalenniae aram voviſſe, ejuſq. numini merces conſervandas ſupplex commendaſſe. Quum ergo Domburgi in extremo Galliae Belgicae litore tum forte exſpectans navim in ſinum fluminis Nehalis ſalvam appuliſſe cognoſceret, deae Nehalenniae ob merces recte conſervatas ara hac dedicata Votum Solvit Lubens Merito. Fluvios divino honore colebant Britanni, ut diſertis verbis docet epiſtola Gildae de excid. Britann. Nec ſub Anglo-Saxonum imperio etiam adulto hujuſmodi cultus plane in deſuetudinem abierat, ut colligit e Camuli regis L. L. cap. 5. Seldenus Marm. Arund. pag. 57. e Cambdeno inſcriptionem Brigantum repertam exhibet ſequentem

DEAE NYMPHAE. BRIG

Per merces 4 intelligi puto cretam Britannicam, quod ipſe ſe appellet negotiatorem cretarium Britannicum. Quin etiam ipſae illae inſcriptiones ſunt e tali creta duriori. Rupes

op-

oppoſitae Gallicis ſunt e creta variis nigrae ſilicis diſtinctae ordinibus, inquit Fourn. Geograph. p. 1. l. 5. c. 40. Sic de Sariſberia poeta anonym. apud Cambd. p. 180.

Eſt ibi defectus lymphae, ſed copia cretae.

Hinc de eadem Wilhelm. Malmeſbur. ſic Sariſberia vetuſtior in Britannia collem occupabat aridum & inaquoſum. In itin. Anton. vocatur Sorbiodunum, id eſt, aridus collis. Sorb & Sorba Syris & Britannis eſt ſiccitas: radix שרב ſerab eſt ſiccum eſſe: apud Eſai. Sarab eſt locus aridus. Vide Bocharti Geograph p. 2. l. 1. c. 42. fol. 756. [*Thomas Gale in commentariis in Antonini iter Britanniarum in pag.* 137. *deducere nomen a ſorbis uberius ibi provenientibus videtur.*]

Ex hac & ſequentibus deae Nehalenniae inſcriptionibus explicanda & leviter corrigenda eſt illa Tuitii prope Coloniam Agrippinam reperta apud Gruter. p. LXXXIX. N.° 1.

DEAE. NEHAEE
ERIATTIVS. IVCVN
DI. PRO. SE. &c.

ſcribend. DEAE. NEHALE. nam DEA NEHALA ſive NEHALE, & inde deſcendens adjectivum NEHALENNIA, plane eadem eſt: & notandum, quod quemadmodum in illo Colonienſi lapide utrimq. Cornucopiae adſculptum teſte Campio apud Grut ſic etiam inter illas deae Nehalenniae inſcriptiones reperti lapides, quorum ſuperiori & cavatae parti inſculpta erat ipſa illa dea ſedens cum quaſillo ſive corbiculo omnigenorum fructuum inſtar Cornucopiae; ut refert Lotichius tom. v. Theatr. Europ. Immo poteſt etiam in Colonienſi lapide levi mutatione reſtitui integrum nomen deae

DEAE. NEHALE
NNIAE. TIVS. IVCVN
DI. PRO. SE. &c.

Tius nomen Friſicum viri, ut Tia feminae in alia inſcriptione.
Tius, Teius, ut Sius, Seius, ϑ vulgare.

[*Inſpice Gruteri corpus repetitae editionis.*]

Suſpicor autem per deam Nehalenniam deſignari atq. intelligi Vahalim fluvium. Flumina pingebantur olim & ſculpebantur cum ſigno Cornucopiae, idq. merito, quum rerum omnium copiam apportent. Hinc Nilus, Tiberis aliiq. fluvii Romae in marmoribus antiquis cum Cornucopiae. Flumen ergo per deam illam hactenus incognitam intelligi, nemo, opinor, nobis negabit ob additum inſcriptionibus Cornucopiae ſignum. Sed quomodo inquies nobis perſuadebis Vahalim per Nehalenniam intelligi. Magnis, ni fallor, rationibus. Primo conſidera mihi ipſa loca, in quibus inſcriptiones iſtae repertae; altera ad Rhenum prope Coloniam, alterae in extremo litore Gallico, qua parte Rheni ſiniſter alveus alio atq. alio nomine tandem in Oceanum Britannicum effunditur: nam inſulas ibi notas, quas hodie Zelandiae vocamus nomine, ad Galliam antiquam pertinere, nemo veteris geographiae leviter peritus ignorat. Quum igitur Nehalennia & Coloniae ad Rhenum, & in illo litore Gallico culta reperiatur, vix dubium eſſe poteſt, quin per eam tale flumen deſignetur, cujus beneficio Colonienſibus Rheni accolis & magna & frequentia commercia intercederent cum Gallicis accolis Oceani Britannici, ipſiſq. adeo Britanniae mercatoribus; ut ex hac altera ibi reperta inſcriptione diſcimus. Tale vero flumen non aliud eſſe, quam Vahalim, cujus interventu Rhenus cum Moſa atq. ipſo Oceano communicat, locorum tractus liquido oſtendit. Tacitus etiam lib. II. Annal. egregie & proprie ad rem: RHENVS *uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur: ſervatq. nomen, & violentiam curſus, qua Germaniam praevehitur, donec Oceano miſceatur: ad* GALLICAM RIPAM *latior & placidior affluens, verſo cognomento,* VAHALEM *accolae dicunt, mox id quoq. vocabulum mutat* MOSA *flumine, ejuſq. immenſo ore eundem in Oceanum effunditur.* Secundo maxime confirmat opinionem noſtram vetuſta ejuſdem nominis ratio, & convenientia. Quod ſi cui aut longius petitum, aut novum atq. inauditum videatur, quum inter Vahalis [&] Nehalenniae nomen haud exiguum ſit diſcrimen, facile a nobis oſtendi poteſt, licet hodie id novum appareat, verum tamen

ve-

PRAEFATIONIS APPENDIX.

vetuſtiſſimum eſſe, quod diximus. VAHALIS olim ab accolis NAHALIA ſive Germanico vocabulo Nehale contracte Nehle dicebatur. *Nahaliam* dictum fuiſſe ex altero Taciti loco didici, qui e circa finem libri v. Hiſtor. *Petito colloquio, ſcinditur Nabaliae fluminis pons.* Sic hactenus in omnibus, quotquot exſtant, editionibus, etiam in Aldinis optimis conſtanter legitur, leviculo mendo unius litterulae b. pro h. quae litterae adeo ſibi ſunt vicinae, ut nihil propius. Scribendum enim Nehaliae, ut habet vetus codex membranaceus accurata manu exaratus, quem, Mediolani quum eſſemus, vir humanitate atq. eruditione non minus, quam generis ſplendore conſpicuus Franciſcus Biragus Mezzabarba ultro nobis dono obtulit. Rhenanus, & Rhenanum, quam ſuperees, nomine ſecutus Lipſius, uterq. magnus, olim conjectabant: *Vahalis fluminis.* Sed etiamſi nihil ſit verius, quam Tacitum, ut cuivis apparet, eo loco de Vahali loqui, circa cujus tractum res illae agebantur, tamen probare haud poſſum a viris doctis *Nabaliae* loco, quod in codicibus ſcriptis, omnibuſq. editionibus invenerant, ſubſtitui *Vahalis.* C. certe librorum conſenſus poterat eſſe indicio non eſſe nauci illud Nahaliae, & latere vetuſtum nomen illius fluminis. Quis enim credet, tot variorum Taciti codicum & loco & tempore diverſiſſimos exſcriptores eundem omnes errorem in hac vocula erraſſe, ut quaſi de compacto notiſſimum tunc temporis vulgatiſſimumq. Vahalis nomen in ignotum reconditumq. NABALIAE, quod nemo id aetatis intelligebat, abſq. ulla ratione tranſmutaſſent. Sed quemadmodum lapſu temporis, & ſaepe caſu multa forſan poſtea detegentur, quae denſiſſimis tenebris obruta hodie nos fugiunt: ſic Nabaliae loco, quod ſcripti editiq. libri conſtanter praeferunt, ſcribendum eſſe Nahaliae, idq. vetus & patrium fluvio Vahali nomen fuiſſe, tandem vi Walachria Zelandorum annis abhinc circiter triginta feliciter erutae hae inſcriptiones deae Nehalenniae liquido nos docere poſſunt. Fluvios in veneratione fuiſſe, & pro diis habitos apud Parthos docet Juſtinus lib. XLI cap. 3, *In ſuperſtitionibus atq. cura deorum praecipua amnibus veneratio eſt.* Sic recte Gronovius emendavit, quum vulgo editum ſit, *omnibus.*

Pag. IↃCCCCLXXVII. loc. 1.

DEAE
NEHALENNIAE
SVMMARIONIVS
PRIMANVS
V. S. L. M.

Vidit & deſcripſit Goeſius ibidem. Sed P. Lotichius, qui eandem exhibet in Theatri Europaei tom. v. ſub a° 1647. lin. tertia legit

SVMMARONIVS.

Loc. 2.

DEAE
NEHALENNIAE
I. FESTIVS
PRIMVS. V. S. L. M

Ibid. ab eodem Goeſio.

Loc. 3.

D. . . . . NE. . . . E
NIAE. C. EXOM
NIANVS. VERVS
D D

Ibidem ab eodem Goeſio.

Loc. 4.

DEAE NEHALENNIAE
SEXT. NERTOMARIVS NER
TONVS
V. S. L. M

Jo. Petr. Lotichius tom. v. Theatri Europ. ſub a° 1647. p. 1298.

Loc.

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Loc. 5.

NEHALENNIAE
FLETVS. ÆNNALONIS
PRO. SE. ET. SVIS
V. S. L. M

Ibidem. Lotichius idem.

Loc. 6.

In alio ibidem reperto lapide, in quo imago deae illius.

L. IVSTIVS. STATTO
ET
SECVNDIVS. MODERATVS
FRATRES
V. S. L. M.

Lotichius ibid.

Hactenus Gudius. De illo Nabaliae fluminis *apud Tacitum, & de illo* Ναυαλία *apud Ptolemaeum, magnopere docti dissentiunt. Qui de illis aliqua scripserunt, hi sunt. Menso Alting in Notitia Germaniae inferioris antiquae N.* I. *&* II. *atque in expositione tabulae Ptolemaeeae cap.* IIII. *Idem Alting in parte altera C.* III. *Michael Antonius Baudrand in Geographia. Petrus Bertius in commentariis rerum Germanicarum lib.* I. *cap.* XXIIII. *Christophorus Cellarius in Geographiae antiquae lib.* II. *cap.* III. *Philippus Cluverius in Germaniae antiquae lib.* III. *cap.* XVII. *&* XXXXVIIII. *Idem Cluverius in commentario de tribus Rheni alveis & ostiis in cap.* XXII. *Jacobus Eyndius in Chronico Zelandiae lib.* I. *cap.* XI. *Philippus Ferrarius in Novo lexico geographico. Wilhelmus Heda in Historia episcoporum Ultrajectensium in Hungero episcopo* XI. *Arnoldus Buchelius in notis. Matthias vander Houve in opere Belgico, quod inscriptum est,* Vantvest of Charte chronpck van Oud-Batavien, oud-Vriesland, oud-Francenland, *lib.* IIII. *cap.* VII. *Hadrianus Iunius in Batavia cap.* III. *&* VIII. *&* XI. *Gerardus Noviomagus in Historia Batavorum, quae est in Petri Scriverii Batavia illustrata, pag.* 59. *Abrahamus Ortelius in Thesauro geographico. Bilibaldus Pirckheimerus in operibus suis pag.* 99. *Joannes Isacius Pontanus in epistola ad Marcum Zuerium Boxhornium, quae est in Sylloge epistolarum virorum clarissimorum loc.* CL. *Antonio Matthaeo editore. Hadrianus Schrieckius Rodornius in Originum indice geographico. Arnoldus a Slichtenhorst in Pontani Historiis Gelricis versis & auctis non longe a principio. Ludolphus Smids in libro Belgico, cujus est titulus,* Schatkamer der Nederlandsche oudheden. *Wernherus Teschenmacherus in Annalibus Cliviae, & finitimarum civitatum, pag.* 32. *Justus Christophorus Dithmarus in adnotationibus. Raphael Volaterranus in Commentariis urbanis lib.* VII. *Et alii ab his laudati. Quorum omnium opiniones varias, atque inter se dissidentes, alio loco considerabimus. Qui de Hercule* MACVSANO *sive* MAGVSANO *aliquid scripserunt, hi sunt. Menso Alting in Notitia Germaniae inferioris antiquae* C. IIII. *Marcus Zuerius Boxhornius in Quaestionibus Romanis in quaestione* I. *Guillelmus du Choul in libro Gallico, cujus est titulus,* Discours de la religion des anciens Romains, *pag.* 190. *Gisbertus Cuperus in Monumentis antiquis ineditis (sequuntur ejus Harpocratem) pag.* 218. *Jacobus Eyndius in Chronico Zelandiae lib.* I. *cap.* VIII. *Matthaeus Gargon in libro Belgico, cui titulus est,* Walchersche Arkadia, *pag.* 187. *Janus Gruterus in Corpore inscriptionum pag.* CIↃ LXX. *loc.* 4. *Marquardus Gudius in collectione inscriptionum pag.* IↃ CCCC LXXIX. *loc.* 2. *Simon van Leeuwen in libro Belgico, cui est titulus,* Batavia illustrata, *cap.* III. *Abrahamus Ortelius in Thesauro geographico. Everardus Otto in libro singulari de tute-*

PRAEFATIONIS APPENDIX.

la viarum publicarum in parte I. *cap.* X. *Carolus Patinus in Imperatorum Romanorum numiſmatibus ex aere mediae & minimae formae in pag.* 335. *Samuel Pitiſcus in Lexico antiquitatum Romanarum. Thomas Reineſius in Syntagmate inſcriptionum antiquarum in clas.* I. *loc.* XXXVIIII. *in commentario. Chriſtianus Fridericus* Kuhe *in libro, cujus eſt titulus,* Specimen philologiae numiſmatico-Latinae ſecundum. *Petrus Scriverius in Batavia illuſtrata pag.* 227. *Matthaeus Smallegange in opere Belgico, quod* Cronyk van Zeeland *inſcriptum eſt, lib.* I. *cap.* III. *Joannes van Someren in libro Belgico, cui titulus eſt,* Verſtelde oudtheyt / ofte Beſchrijvinge van Batavia, *cap.* VIIII. *Jacobus Sponius in Miſcellaneis eruditae antiquitatis pag.* 100. *Gerardus Joannes Voſſius in lib.* I. *de origine & progreſſu idololatriae in cap.* XXXV. *Et alii docti viri, qui laudantur ab his. Sequitur Gudianum exemplum inſcriptionis.*

Pag. ID CCCC LXXIX. loc. 2.

HERCVLI MA *
GVSANO. ET
sic.
HAEVAE. VLPI — An haec eſt HAEBE?
LVPIO ET VLPI — N VLPIO
A AMMAVA
PRO NATIS
V. S L M

Bruxellis in collegio Jeſuitarum ante fores bibliothecae. Lapis ante aliquot annos repertus in Geldria.

Reſcripſimus [Deſcripſimus, *ut opinor.*] 8. Dec. ꝏ ID CLIX.

*In nummo aereo Poſtumi HERCVLI MAGVSANO apud Choulium pag. 191. Maguſa, Macuſa, Maguntia, Maguntiacum. Ita Triſtanus pag. 146. tom. 3.

Hinc apparet in marmore Weſtcapellae in Walachria Zelandiae prope Fliſſingam apud Gruterum pag. CIↃLXVIII. [CIↃLXX. *Videas alteram editionem.*] N° 4. ex Pighianis perperam editum eſſe HERCVLI MACVSANO. Ortelius jam olim in Theſauro geographico recte MAGVSANO: & ſic etiam Adolph. Occo. Immo Goeſius & Heinſius in eo pago hanc apud Gruterum corruptam inſcriptionem legerunt his plane litteris:

*

Boxhornius HERCVLI MAGNO SANCTO explicat inepte.

HERCVLI
MAGVSANO
VI PRIMIVIS
TERTIVS
V. S. L. M

Vid. & Jac. Lyndium chron. Zel. lib. 1. cap. 8. [*Pro eo* Eyndium *repono. In altera editione libri Boxhorniani, quae eſt in Theſauro antiquitatum Romanarum Graeviano in tomo* V. *librarii mendum eſt correctum.*] Boxhorn. Quaeſt. Rom. I. hanc inſcript. parum dextre explicans lin. 3. legit prope, ut apud Grut. M. R. R. I. M. F. I. I. I. V. I. S. Prima quidem littera non dubium eſt, quin fuerit M. in ceteris propius ad verum nomen Goeſius & Heinſius. Scribendum vero M. PRIMI†VS ⁊ M. PRIMITIVS. Sic M. ANNIVS PRIMITIVS eſt in noſtris, PRIMITIA apud Gruter. pag. 1135. 1. PRIMITII iidem, qui PRIMIDII. M. PRIMIDIVS ALLVS eſt in noſtris. [*pag.* CLXXXI. *loc.* 9. *ſecundum Koolii ordinationem.*]

*Or-

PRAEFATIONIS APPENDIX.

*Ortelius edidit ex marmoribus [marmore, *ut opinor.*] M. PRIMIIVS, quod Scriverius Antiq. Batav. pag. 229. tueri vult: abundare scil. τὸ I. ut in aliis.

HAEVAE, id est, HEBAE. Hebe Graecis Ἥβη, Herculis uxor, Junonis filia. Mart. [*in lib.* VIIII. *in epigram.* LXVII.]

Nunc tibi Juno favet, nunc te tua diligit Hebe.

Sen. [*in Octavia vers.* 210]

Deus Alcides
Possidet Heben.

Pausanias in Attica in descript. templi, [*cui nomen*] Cynosarges. Arae Herculis & Hebes, quam Jovis & Junonis filiam Herculi nupsisse arbitrantur. Vide Gyrald. Syntag. de diis x vit. Hebe. [*Pausanias* ἐν τῇ συγγραφῇ τῇ Ἀθηνᾶι, *sive in lib.* I Ἑλλάδος περιηγήσεως *cap* XVIIII. *non adscripsit*, καὶ Ἥρης· *ut est apud Homerum* ἐν τῷ λ. Ὀδυσ. *vers.* 603. *& apud Hesiodum* ἐν Θεογονίᾳ *vers.* 952.

Παῖδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου.]

Notandum autem in marmore scribi HAEBAE, quum scribendum esset tertio casu Hebae. Sic enim Latini a Graeco Ἥβη, Ἥβης. Westcapellae Walachriae in Zelandia pago Mercurium cultum probat Vossius l. 2. de orig. idol. c. 32. p. 476. 477.

Hactenus Gudius. Ad recensendas collectiones inscriptionum revertar. In epistolis Thomae Reinesii ad Casparum Hofmannum, & ad Christophorum Adamum Rupertum, (ut in titulo est) multae inscriptiones veteres hactenus ineditae vulgantur, emendantur, explicantur. *Haec sunt inter Marci Velseri opera in unum collecta.* Antiqua, quae Augustae Vindelicorum exstant, monumenta; & ad ea Marci Velseri Matthaei F. notae. Antiqua agri Augustani monumenta. Antiqua monumenta peregrina, quae meminerunt Augustae Vindelicorum, Rhaetorum, legionis III. Italicae. *Multa monumenta vetustatis insunt in Wolfgangi Lazii libris commentariis de republica Romana. Subjectus est Stephani Zamosii liber cum hoc titulo:* Analecta lapidum vetustorum; & non nullarum in Dacia antiquitatum. *Inscriptiones, quae sunt in libro Scipionis Mazzellae, de quibus supra jam dixi, habentur item in ejusdem Mazzellae libello de Puteolis & Cumis. Invenitur in Andreae Schotti collectione, cui titulus est,* Italiae illustratae; *& cetera. Vide pag.* 782. *& sequentibus. Exhibentur in eadem collectione pag.* 179. *& sequentibus in Joannis Chrysostomi Zanchi lib.* III. *de Orobiorum sive Cenomanorum origine monumenta, quae Bergomi & in Bergomati sunt. Exhibentur in eadem collectione pag.* 222. *& sequentibus in Torelli Saraynae lib.* V. *monumenta, quae sunt in Veronensi oppido & agro. Exstant in eadem collectione in Gaudentii Merulae libris de antiquitate Gallorum Cisalpinorum, & in Bonaventurae Castillionei libro de Gallorum Insubrium antiquis sedibus, complura monumenta vetustatis. Sunt hi libri etiam in Gaudentii Roberti collectione, cui titulus est,* Miscellanea Italica erudita, *in tomo* II. *& in tomo* IIII. *Sed & hos, & alios multos istiusmodi libros cum monumentis veteribus complurimis habet Thesaurus antiquitatum & historiarum Italiae & Siciliae ex consilio Graevii & Burmanni. Potest Fabricii liber inspici, cui titulus est,* Conspectus thesauri litterarii Italiae, *& cetera. Nicolaus Heinsius ait in epistola ad Joannem Fredericum Gronovium (est in Sylloges epistolarum a viris illustribus scripta-*

ptarum tomo III. *loc.* CCXIIII.) Multae [*inſcriptiones*] depromi etiam poſſunt, quae in Gruteriano opere non exſtant, ex Gualtheri inſcriptionibus Siculis, Aedium Barberinarum editione ſecunda, quae priori auctior nuper prodiit, ex Antiquitatibus Neapolitanis Capacii, aliiſque libris in Italia non ita pridem editis. *Totam, ſodes, epiſtolam lege. Iſti libri duo Capacii, (duo enim ſunt) & iſte liber Gualtheri, de quibus dictum ab Heinſio eſt, habentur etiam in Theſauro antiquitatum & hiſtoriarum Italiae & Siciliae. De Gualthero inſpiciantur Acta eruditorum publicata Lipſiae K. Jul. A.* CIↃIↃCC XXV. *Eſt etiam mihi ejuſdem Capacii liber Italice confectus de antiquitatibus Puteolorum. Sunt monumenta, & monumentorum collectiones, in Theſauro antiquitatum Romanarum Graeviano, nec non in Theſauro antiquitatum Graecarum Gronoviano. Inſpiciatur Fabricii liber, qui ſupra. Incerti ſcriptoris interpretatio inſcriptionum, quae Antiquariae in Baetica reperiuntur, eſt in Novo theſauro antiquitatum Romanarum ab Alberto Henrico de Sallengre edito in tomo* III. *loc.* VIIII. *Inſpicienda eſt editoris praefatio. Jacobi Graſſeri diſſertatio de antiquitatibus Nemauſenſibus eſt in Novo theſauro, quo dixi, in tomo* I. *loc.* XXXX. *In ea diſſertatione ſunt complures inſcriptiones. Sallengreus in praefatione protulit inſcriptionem Latinam & Graecam, A.* 1710. *prope Nemauſum a foſſoribus repertam. At Joannes Jacobus Graſſerus ſub finem dedicationis, & in indice auctorum Reineſiano, & in Freheri Theatro virorum eruditione clarorum in partis* I. *ſectione* III. *& in Königii Bibliotheca vetere & nova, & in aliis libris eſt nominatus. Pergo. Eſt editum a Thoma Crenio* Muſeum philologicum & hiſtoricum complectens (*ut in titulo eſt*) IIII. Inſcriptionem veterem Graecam nuper ad Urbem in via Appia offenſam, dedicationem fundi continentem ab Herode rege factam, quam Is. Caſaubonus recenſuit, & notis illuſtravit. *Eſt editum ab eodem Crenio* Muſeum philologicum & hiſtoricum II. continens (*ut in titulo eſt*) I. Cl. Salmaſii duarum inſcriptionum veterum Herodis Attici rhetoris & Regillae conſulis [conjugis] honori poſitarum explicationem. III. Thomae Reineſii commentationem de deo Endovellico. IIII. Ejuſdem commentariolum ad inſcriptionem veterem Auguſtae Vindelicorum erutam. *De iſtis atque aliis inſcriptionibus Crenii praefationes legi debent. De inſcriptionibus Herodis Attici, & Regillae uxoris, Villa Burgheſia extra portam Pincianam deſcripta ab Jacobo Manilli Italice pag.* 129. (*eſt iſta deſcriptio villae Burgheſiae, Havercampo interprete, in Theſauro antiquitatum & hiſtoriarum Italiae in* VIII. *voluminis parte* IIII.) *& Sponii Miſcellanea eruditae antiquitatis pag.* 321. *& Joſephi Scaligeri animadverſiones in Chronica Euſebii ad N.* MDCXVII. *& Athanaſii Kircheri Turris Babel lib.* III. *ſect.* I. *cap.* X. *& Bernardi de Montfaucon Diarium Italicum cap.* VIII. *& ejuſdem Palaeographia Graeca lib.* II. *cap.* IIII. *inſpiciantur. Liber etiam fertur hoc titulo:* Monumenta antiqua Judaica, Auguſtae Vindelicorum reperta, cum mantiſſa III. monumentorum Romanorum, expoſita a Matthia Friderico Beckio. *Non habeo. De Cupero ſupra jam dictum eſt. Adjicienda & haec ſunt ex Actis eruditorum publicatis Lipſiae menſe Septembri A.* CIↃIↃCXCIII. *ſub finem.* Graecas nonnullas inſcriptiones ex Aſia nuperius accepit Giſbertus Cuperus, quas commentario illuſtratas publici facturus eſt juris, ſimul ac per occupationes, quas reipublicae impendit, ultimam

iis

iis poterit imponere manum. *Cuperus autem in notis in Lactantii librum de mortibus persecutorum meminit earum inscriptionum, non nullas etiam exhibuit. De istis inscriptionibus, & de Palmyrenis antiquitatibus, actum est in libro, cujus est titulus:* Dissertations sur diverses matieres de religion, & de philologie: *id est,* Dissertationes de diversis materiis religionis, & philologiae: *in tomo priore in praefatione abbatis de Tilladet; & in tomo posteriore in dissertatione* XV. *& in Huetii Quaesitis & responsis per epistolas in pag.* 219. *& sequentibus. Jacobi Beyellii libellus inscriptionum habetur in Adversariis Barthii lib.* LII. *cap.* I. *Laudatus est a Joanne Facs in animadversionibus in librum Lilii Gregorii Gyraldi de sepultura non longe a principio. Balthazar de Monconys in Itinerariis suis habet non nullas inscriptiones. Monumenta, quae nuper inventa sunt Celeiae, & Vindobonam asportata, Felix de Klopper retulit in ephemeridem Lugdunensem Batavam A. D.* VII. *Januar. A.* CIↃIↃ CC XXV I III. *Quinque columnae marmoreae, & unaquaeque earum prope* VII. *pedes alta, forte inter fodiendum sub terra repertae sunt. Cetera sex monumenta marmorea in parietes instructa fuerant. Monumentorum omnium inscriptiones, non dubito, quin accuratius Germani descripserint. De Camillo Silvestro comite supra jam dixi. Addas etiam Acta eruditorum publicata Lipsiae mense Februario A.*CIↃ IↃ CC XXIII. *ubi recensetur Atestinum monumentum, quod declarat* EYXAN ΔIoΣKoPoIΣ, *id est,* votum Dioscuris. *Spectantur in cimeliarchio S. Mariae Trajectensis aenea duo sigilla Castoris & Pollucis. Pro diis ignotis habentur; & celebrantur carmine Belgico, quod est in poematis miscellis Francisci de Haes, quae Joannes filius ejus edidit, in pag.* 191. *Duas pueriles imagunculas eas aereas veteres depingendas curabo; & per occasionem contemplandas lectorum oculis subjiciam, adjuncto quoque commentariolo. In prima parte Bibliothecae Wittianae pag.* 74. *N.* 1058. *(de posteriore catalogo librorum Joannis de Witt Joannis F. loquor, nam prior catalogus est sub nominibus Jani Albini) legitur:* J. Mazochii epigrammata antiquae Urbis *cum not. MS. V. D.* Romae. *Videbo, quo pervenerit is liber cum quibusdam notis nescio cujus viri docti manu scriptis. In altera parte Bibliothecae ejusdem pag.* 121. *& sequentibus inscriptiones veteres recensentur plures, quam penes alios amatores antiquitatis in his septem foederatis civitatibus reperiri potuerunt. Gratulabar mihi de facilitate & humanitate viri optimi, quum (pro!) moreretur repentino. Recordor faciem, atque illos ejus benignos vultus ac sermones. Eodem ferme tempore etiam illius uxor Wilhelmina, Cornelii de Witt sive Albini filia, in idem genus morbi delapsa, decessit. Sic duorum fratrum indigna morte peremptorum, Cornelii & Joannis, liberos abstulit paene una dies. De bibliotheca Wittiana, & monumentis veteribus in ea, et de obitu domini, velim legas in poematis Hoogstratani epigramma* XXXXV. *&* XXXXVII. *Mitto naenias ceterorum. Grate memini, primarios fuisse in civitate Amstelodamensi viros, qui ab hoc genere studii litterarumque non abhorrerent. De Joanne Six toparcha in Wimmenum et Vromade, et consule Amstelodamensi, a Burmanno in praefatione operis Gruteriani mentio facta est. Legas in poematis Hoogstratani epigramma* XVIIII. *&* XXXXVI. *Mitto cetera carmina celebrandae viri illustris memoriae composita. De Joanne Huidekooper consule Amstelodamensi feci supra mentionem. Nostra quoque memoria Nicolaus Witsen consul et senator Amstelodamensis plurimum studii consumpsit in colligendis rebus vetustate ac raritate notabilibus: sed eas quum venundandas contemplari cuperem, prae multitudine spectatorum quasi emturientium vix aspiciendi potestas fuit. At quanto officiosior, quam vulgus imperitorum, ipse ille dominus, cujus humanitatem & facilitatem agnovi adolescens. In uno ex catalogis earum (quatuor enim sunt catalogi, quibus titulus generalis praescriptus est) pag.* 13. *ubi tres inscriptiones dumtaxat recensentur, non comparet inscriptio Graeca, quam Gronovius in notis ad Plinium in Naturalis historiae lib.* XXXIIII. *cap.* VIII. *descripsit, aut ab eo ipso, aut a patre item consule. Nescio, quo lapis Asiaticus asportatus sit. Ceterum de viro in disciplinis doctrinarum omnium excellente, & contra falsam criminationem Schefferi, inspiciantur Tollii epistolae itenerariae ex recensione, & cum notis Henninii; nec non Fabricii Bibliothecae Latinae volumen alterum. Omitto alios libros, ubi vir illustris admodum laudatus est. Nec praetereundus est Cornelius Nicolai nobilis Amstelodamensis, patricia genitus familia, & in ipso juventutis flore exstinctus. In Bibliothe-*

***** ***** ****

cae

cae Nicolaianae parte altera pag. 58. *ſive* 117. (*duo enim ſunt exempla*) *reperiuntur aliquot monumentorum inſcriptiones. Nec ſua laude fraudandi ſunt viri in colligendis monumentis veteribus multi ſtudii, Gerardus van Papenbroek quondam praeſes ſcabinorum Amſtelodamenſium, & Simon Emtinck toparcha in Noortwykerhout & de Zilck, baillivus utriuſque Looſdrecht & Muynden; quibus Eutropii breviarium hiſtoriae Romanae Sigebertus Havercampus dedicavit. Dedicationem legas.* Primus omnium qui inſcriptiones collegit eſt Joannes Marconova anno 1465. uti teſtatur Philippus a Turre in diſſert. de colonia Forojulienſi. *Hoc Koolius. De Conrado Peutingero, & de Joanne Huttichio, videre licet Acta eruditorum publicata Lipſiae menſe Aprili A.* CIↃ IↃ CC XXXI. *pag.* 197. *De origine, uſu & auctoritate inſcriptionum antiquarum aliqua ſcripſerunt, Ludovicus Ellies du Pin in libro Gallico, cui titulus eſt,* Bibliotheque univerſelle des hiſtoriens, *hoc eſt,* Bibliotheca univerſalis hiſtoricorum, *pag.* V. *& Carolus Caeſar Baudelot de Dairval in libro Gallico, cui titulus eſt,* De l'utilité des voyages, *hoc eſt,* De utilitate peregrinationum, *in tomo* I. *pag.* 75. *& Langlet du Freſnoy in libro Gallico, cujus eſt titulus,* Methode pour etudier l'hiſtoire, *hoc eſt,* Methodus ſive ratio ſtudendi hiſtoriae, *in tomo priore cap.* XV. §. 2. *& Gaudentius Merula in apologia pag.* 346. *in Andreae Schotti collectione, cui titulus eſt,* Italiae illuſtratae; *ſive pag.* 321. *in Gaudentii Roberti collectione, cui titulus eſt,* Miſcellanea Italica erudita, *in tomo* IIII. *Fortaſſe aliquando & haec, & cetera ejuſmodi, quae mihi ſunt in promptu, diſtinctius & ordinatius diſponam ad exempla Philippi Labbe & Anſelmi Bandurii in Bibliothecis nummariis. Sed redeamus rurſus ad Ligorium. Ligorii tabula, quae Romae topographiam oſtendit, de qua ſupra, in Theſauro antiquitatum Romanarum Graeviano in tomo* I. *& minori forma in tomo* III. *poſita eſt: item in Franciſci Deſeine libro de Roma antiqua Gallice compoſito in tomo* I. *Eſt in Bibliotheca Nicolaiana pag.* 134. *N.* 125. *ſive pag.* 286. *N.* 125. Antiquae Urbis imago accuratiſſima, ex vetuſtis monumentis formata, atque in tabellam redacta & deſcripta a Pyrrho Ligorio. Romae XII. folia. *De Ligorii tabula, in qua Circus maximus eſt, Jacobus Pamelius ait in adnotationibus ad librum Tertulliani de ſpectaculis:* Ceterum poſt abſolutas dudum hujus libri adnotationes, uti lector aequus facile colliget, tandem nactus Circi maximi deſcriptionem Romae a Bolognino Zalterio formis editam, auctore Pyrrho Ligorio pictore Neapolitano, eandem a nobis ſubinde caſtigatam, novis formis excuſam, in lectorum gratiam ſimul edi, & ſuperiori folio adjungi juſſimus. *Illam vide. Una & altera Circi maximi deformatio graphica Onuphrii Panvinii eſt in ejus libris de ludis Circenſibus, qui ſunt in Theſauro antiquitatum Romanarum Graeviano in tomo* VIIII. *ad pag.* 274. *& ad pag.* 223. *Invenio in Georgii Draudii Bibliotheca claſſica inter tabulas geographicas pag.* 848. Pyrrhi Ligorii Neapolitanum regnum: Graecia, Romae per Mich. Tramozzinum. *De Ligorio videre etiam licet Acta eruditorum publicata Lipſiae menſe Martio A.* CIↃIↃCCXXXI. *pag.* 110. *Antonius Auguſtinus in dialogis de numiſmatibus, inſcriptionibus & aliis antiqui-*

quitatibus, in dialogo IIII. *non longe a principio, & in dialogo* XI. *ſub finem, laudavit Ligorium. Hieronymus Mercurialis in libris de arte gymnaſtica Ligorium ſaepe laudavit; duaſque inſcriptiones ex collectione Ligoriana protulit lib.* I. *cap.* XII. *Andreas Felibien in libro Gallico, cui titulus eſt:* Entretiens ſur les vies, & ſur les ouvrages des plus excellens peintres anciens & modernes: *id eſt,* Sermones de vitis & operibus excellentium pictorum, non ſolum veterum, ſed etiam recentium: *in tomo* III. *pag.* 87. *de Ligorio diſſeruit. Quid vetat iſta, quae ſcripſerunt etiam alii docti viri de Ligorio, & ejus collectaneis, adponere. Haec quidem Joannes Rhodius in notis ad Scribonium Largum in pag.* 310. Jocus enim eſt veteris monumenti, ac ingenii luſus, quod ex via Flaminia in hortos Poggii tranſlatum Pyrrhus Ligorius in collectanea Romanarum antiquitatum retulit, quae adhuc Romae in bibliotheca Farneſiana latent. Grutero tamen videtur poſterioris aevi, qui & Henrici Smetii indicio ab hoc paullo diverſum edidit.

HIC. STIGMATA. AETERNA. ATTE. LIBERTAE SCRIPTA. SVNT. *& cetera.*

Haec Joannes Mabillon in Itinere Italico litterario pag. 8. Inter eos, quos ſub auſpiciis illuſtriſſimi abbatis Gualterii nobis videre licuit, unum eſt opus inſigne Pyrrhi Ligorii Romani, patricii Neapolitani, viginti ſex voluminibus conſtans: quorum in primis exprimuntur, atque Italice explicantur numiſmata Latina & Graeca; tum variae inſcriptiones, ſtatuae, aliaque id genus repraeſentantur, una cum dictionario in ſex volumina diſtributo, in quo vocabula geographica, exotica, ac cetera explicantur. Vivebat auctor initio hujus ſaeculi, tempore Caroli Emmanuelis I. Sabaudiae ducis, qui hoc opus autographum octodecim millibus ducatorum comparavit. Ejuſdem operis pleraque volumina Romae habentur in bibliotheca Chriſtinae reginae. *Haec Bernardus de Montfaucon in Diario Italico cap.* XX. deinde vero Lucius Faunus, & paullo poſt Pyrrhus Ligorius, qui omnem paene aetatem inveſtigandis deſcribendiſque Urbis monumentis contrivit. Is longe ceteris praeſtitiſſet, ſi tanto labori ſtudioque parem eruditionem nactus eſſet. Verum deficiente litterarum notitia, in multis lapſus eſt. Hujus ſcripta pars in lucem edita, pars inedita ſunt. *Haec Burcardus Gotthelffius Struvius in Bibliotheca numiſmatum antiquiorum cap.* I. *ſect.* VI. Similem Pyrrhi Ligorii in colligendis undique reſiduis priſci aevi monumentis diligentiam, ac in iiſdem delineandis, deſcribendis, in certum ordinem redigendis, & pro captu etiam interpretandis incredibilem ſedulitatem merito praedicat ill. Spanhemius de uſu & praeſt. [numiſm.] diſſ. III. p. 139. Reliquit autem quadraginta & plura volumina MSta, quae in ſelectiſſimis Romanorum bibliothecis theſauri inſtar adſervantur. Ex hiſce commentariis Joannes Harduinus nummos addendos, quos operi ſuo inſeruit, excerpſit. *Haec Conradus*

Sa-

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Samuel Schurzfleiſchius in epiſtola ad Joannem Jacobum a Craz (eſt in epiſtolarum arcanarum tomo II. *loc.* LXII.) Ab his ad S. Petri deſcendimus collocuti cum Fabretto, qui Vrbinatem ſe dicebat, multa ex eo audivimus. Tria millia inſcriptionum inedita nobis oſtendit. Reineſium magnopere laudavit, ſed a P. Servio, qui Roma ei veteres inſcriptiones miſit, non ſemel deceptum affirmavit eo, quod mendoſe interdum deſcripſiſſet. Pyrrhum Ligorium appellavit impoſtorem, Capaccium quoque errores admiſiſſe crebros teſtatus. Lucam Langermannum eodem loco, quo Ligorium, habuit; eumque jam a Reineſio notatum, impoſtoremque nominatum, confirmavit. Suareſium inſuper in Praeneſte, neque veterem urbis ſitum calluiſſe, neque idoneas inſcriptiones evolviſſe, profeſſus eſt; Angelonium in numis, non in antiquis inſcriptionibus, operam poſuiſſe: quamvis nec in numis per omnia eruditis fecerit ſatis. *Indidemque eadem ſunt in Actis eruditorum publicatis Lipſiae menſe Decembri A.* CIↃ IↃ CCXII. *Haec idem Schurzfleiſchius in epiſtola ad Frider. Ern. Knochium (eſt in epiſtolarum arcanarum tomo* II. *loc.* LXIX.) Pyrrhum Ligorium, cujus volumina apud Ottobonum inſpexi, multa ex ingenio ſcripſiſſe cognovi. *Deinde paullo infra.* De Ligorio conſentiebat Fabrettus; & Reineſium a P. Servio, qui Roma ei inſcriptiones tranſmiſit, ſaepius deceptum, tam libere, quam vere confirmabat. *De iſtis inſcriptionibus, quas collegerat Petrus Servius, epiſtola Ruperti ad Reineſium, & epiſtola Reineſii ad Rupertum; quae ſunt inter epiſtolas Reineſii ad Hofmannum, & ad Rupertum, loc.* LVI. *&* LVII. *inſpici poſſunt: nec non Servii liber, cui titulus eſt; Juveniles feriae, ſive Antiquitatum Romanarum miſcellanea. Invenitur etiam in Gaudentii Roberti collectione librorum, cui titulus eſt, Miſcellanea Italica erudita, in principio tomi* II. *Quo modo autem diſtingui poſſint verae inſcriptiones a falſis, quia longioris diſſertationis eſt, alio loco. Adhibendae nobis erunt regulae, quibus verae & falſae inſcriptiones judicentur, de rerum & hominum & temporum notationibus. Verum enimvero eſt* ἀδύνατον *de omnibus inſcriptionibus certum ſcire. Quanto honorificentius de Ligorio Joannes Matthaeus Toſcanus in Peplo Italiae lib.* IIII. *loc.* CLXXXVIII. *Eſt etiam in Fabricii libro, cui titulus eſt:* Conſpectus theſauri litterarii Italiae, *& cetera.*

Pyrrhus Ligorius.

Antiquitatis ultimae Ligorius,
Cujus ruinae & ruderum veſtigia
Vix nunc ſuperſunt, quin nec exſtant jam quidem,
Eſt excitator: hic Quiritium decus
Reponit, urbe reſtituta & moenibus:
Arcus, theatra, porticus, baſilicas,
Caſtella, balneas, aquaeductus, lacus,
Piſtrina, templa, Septizonia, arbores,

Sta-

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Statuas equeſtres, inſulas, navalia,
Thermas, agones, hippodromos, compita,
Circos, deorumque & virorum imagines,
Cuncta haec ſteterunt, mox ruerunt: denuo
Sic excitavit per typos Ligorius,
Ut mille Romas ſit videre millies:
Quae ſic perire nunc valent, ut interim
Totidem renaſci millies tamen queant,
Jam fabuloſae ut afferant hydrae fidem.

Pyrrhus Ligorius Neapolitanus ea felicitate veteris Romae ruinas ſcrutatus eſt, ut eam, qualis fuit, quum maxime floreret, veriſſima pictura repraeſentarit. Eſt enim vir totius antiquitatis peritiſſimus, nulliuſque bonae artis ignarus: quod ideo indubitanter adſerimus, quod ejus jucundiſſimo colloquio nobis non ſemel Romae contigit frui. A cujus politiſſimo ingenio uberrimos doctrinae fructus ſtudioſos omnes propediem exſpectare par eſt. *Banduriі Bibliotheca nummaria, quam cum adnotationibus ſuis ſeparatim edidit Fabricius, loc.* LXXXII. *etiam inſpici poteſt. Omitto Ezechielem Spanhemium in epiſtola* III. *&* V. *ad Andream Morellium; quae ſubjectae ſunt ejuſdem Morellii libro, cui titulus eſt:* Specimen univerſae rei nummariae antiquae. *Praetereo P. Monier in opere Gallico, cui titulus eſt:* Hiſtoire des arts, qui ont raport au deſſein: *id eſt,* Hiſtoria artium, quae ſpectant ad deſignationem: *in lib.* III. *cap.* XVIIII. *Miſſos etiam facio alios doctos viros plus minuſve loquentes de Ligorio. Quiſnam Latio antiquo fuerit ſtatus, dilucide & perſpicue expedivit Corradinus, & poſt eum cardinalem Vulpius ſacerdos ex ſocietate Jeſu. Sero venerunt in manus meas volumina quatuor inſcripta ſic.* Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino. Tomus primus, in quo agitur de Latio gentili. Romae MDCCIV. Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino. Tomus ſecundus, in quo agitur de Latio gentili. Romae MDCCV. Vetus Latium profanum, tomus tertius, in quo agitur de Antiatibus & Norbanis, auctore Joſepho Rocco Vulpio. Patavii CIↃ IↃ CC XXVI. Vetus Latium profanum, tomus quartus, in quo agitur de Veliternis & Coranis, auctore Joſepho Rocco Vulpio. Patavii CIↃ IↃ CC XXVII. *Iſtic ſunt inter cetera monumenta vetuſtatis multae inſcriptiones e Ligorii libris Ottobonianis conferendae. Ibi plurima ſunt, quae ad noſtrum inſtitutum pertinent. Sero venit in manus meas liber cum hoc titulo:* Monumentum ſive columbarium libertorum & ſervorum Liviae Auguſtae & Caeſarum, Romae detectum in via Appia anno CIↃ IↃ CC XXVI. ab Antonio Franciſco Gorio deſcriptum, & XX. aere inciſis tabulis illuſtratum, adjectis notis Antonii Mariae Salvinii. Florentiae CIↃ IↃ CC XXVII. *Illuc*

***** ***** *****

plu-

plurimae ſunt inſcriptiones veteres a viris litteratiſſimis editae, correctae, illuſtratae. Quare ſtudioſos antiquitatis ad illum librum delego. Dare guſtum volui. Ceterum de Joannis Baptiſtae Donii collectione inſcriptionum antiquarum videas pag. 231. & 255. *Hujus collectionis Donianae, quam ſupra memoravi, meminit etiam Leo Allatius in libro, cui titulus eſt,* Apes Urbanae, *pag.* 149. *Joannis Imperialis liber, cui titulus eſt,* Muſeum hiſtoricum, *una cum eo libro rurſus preło ſubjectus eſt, Joannis Alberti Fabricii praefatione adhibita. Sero venit in manus meas liber cum titulo hoc:* Antiquitates ſelectae Septentrionales & Celticae, auctore Jo. Georgio Keyſler. Hannoverae CIↃ IↃ CC XX. *Dixi ſupra de veteribus monumentis, quae ſunt prope oppidum Cliviam in loco, cui nomen* Bergendal, *ab Joanne Mauricio comite Naſſovienſi collecta. Horum exemplaria communicaſſe ſecum Joannem Kayſerum SS. theologiae magiſtrum, & Clivenſium eccleſiarum inſpectorem, profeſſus eſt pag.* 191. (*vide etiam pag.* 430. & 441.) *Keyſlerus, quem videor vidiſſe hic apud Relandum noſtrum olim. At quoniam facta illius generoſiſſimi ac fortiſſimi principis mentio eſt iterum; non poſſum non meminiſſe Petri Erneſti comitis Manſveldenſis, qui, quantum potuit, antiquitatis monumenta collegit ad ornatum villae ſuae ſuburbanae juxta Luxemburgum, & ad decus fontis Mariae; quippe Mariae de Monte Moranciaco conjugis, quam amiſerat, memoriae ac nomine dedicati.* Uxorem enim vivam amare voluptas eſt, defunctam religio: *ut ait Statius in praefatione lib.* V. *Silvarum ad Abaſcantium de pietate, quam Priſcillae ſuae praeſtitit. Abrahami Ortelii & Joannis Viviani itinerarium per non nullas Galliae Belgicae partes ad Gerardum Mercatorem, ubi de Arlunio agitur, lege. Notas etiam Arnoldi Buchelii, qui inſtituit bibliothecam publicam Trajectenſem, in Smetii corpus inſcriptionum antiquarum manu ſcriptas loquitur idem Keyſlerus pag.* 266. *De inſcriptione, cujus initium eſt,*

IOVI· O· M· SVMMO
EXSVPERANTISSIMO

loquitur idem ille pag. 403. *Mentio fit ab illo eodem pag.* 380. *de* Antiquitatibus Galliae manu ſcriptis doctiſſimi Dageraht can. Stae Crucis Hildes. quae marmora Clairmontii, Polignaci, Viennae, Aquis Sextiis, Arelate, Nemauſi, Narbonae exſtantia continent. *Commemoratur in libro eodem pag.* 251. *in notis* Diſſ. de tumulis antiquis Auguſtoduni, atque in ejus vicinia exſtantibus; quam inter Diſſertationes hiſtoricas, antiquitates varias illuſtrantes, Gallico idiomate ſuppreſſo nomine in lucem dedit R. P. ſoc. Jeſ. l'Empereur Lut. P. 1706. 8. *De Gudio, & ejus libro inſcriptionum collectarum apographo, aliqua ſubjiciam ex Actis eruditorum publicatis Lipſiae menſe Septembri A.* CIↃ IↃ CXCIII. *juxta finem.* In ejuſdem [Graevii] manus felici fato pervenerunt inſcriptiones antiquae aliquot mille ineditae, quas Marquardus Gudius multo ſtudio collegerat; & nunc Graevius, quod ſperant & optant merito omnes, luce publica donabit. *Et ex Actorum eruditorum, quae Lipſiae publicantur, ſupplementis in tomo* V. *ſectione* I. *pag.* 2

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Et quia idem etiam Gudius immenſam vim titulorum numquam adhuc publicatorum congeſſerat, conſilium cum typographo inierat Cl. Graevius alterum volumen adjiciendi, in quod, ordine illo, quem Gruterus inſtituerat, ſervato, conjiceretur, quidquid veterum lapidum poſt Gruterum docti protulerunt. *Leguntur ea in Burmanni praefatione ad lectorem in Gruteri corpus repetitae editionis. Conradus Samuel Schurzfleiſchius in epiſtola ad Godofredum Chriſtianum a Rappold (eſt in epiſtolarum arcanarum tomo* II. *loc.* CCCLXXXII.) *ait inter cetera de bibliotheca Gudiana:* Inſcriptiones quidem communicatae ſunt cum Batavis, ſed ipſum & manu Gudii auctum emendatumque opus etiamnum ibi aſſervatur. *Eſt (fateor) autographon Gudii plenius ac melius apographo, quod manus celeres popoſcit; & quod Graevius, ut in aliis operibus erat occupatus, pro tempore recognovit. Si quis conferre velit noſtram editionem cum idiographo Gudii, magnam ineat gratiam. Quam Fabricius in Bibliotheca Latina lib.* IIII. *cap.* V. *in notis commemoravit epiſtolam Brummeri ad Reineſium de forma operis Gudiani editam a Tentzelio; cujus ſunt Menſtrua colloquia aliquot amicorum de libris omnigenis Germanico ſermone confecta; eam non legi. Illis Tentzelianis dialogis praeter cetera φιλόλογα inſcriptiones quoque inſertas reperiri adfirmavit Struvius in Introductione in notitiam rei litterariae, & uſum bibliothecarum, in cap.* VI. §. XXVIIII. *Quam idem Fabricius in notis in Bandurii Bibliothecam nummariam in pag.* 222. *recenſuit Jo. Caroli Albhardti diſſertationem: utrum major uſus ſit inſcriptionum antiquarum, an nummorum veterum, in ſtudio hiſtoriae, adverſus Gudium his illas anteponentem: eam quoque non legi. At vero Gudius & Spanhemius non eum ſermonem, quem illi quondam inter ſe de lapidibus & nummis vetuſtis, utri utris utilitate anteferendi videantur, in hortis Juſtinianeis habuerint, praeſente Falconerio, mandaverunt litteris; ut opinor. Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco duas orationes inter ſe contrarias Lucae e ſocietate Jeſu, & Paulli Tallemant abbatis: utrum publicis monumentis Latine inſcribendum ſit, an Gallice. Exſtat altera oratio in collectione orationum, quae ſunt ab Academiae Gallicae membris habitae, in tomo* I. *pag.* 413. *Liberiores hujuſmodi in utramque partem diſputationes benignam habent materiam. Quod autem vir doctiſſimus atque humaniſſimus Philippus de Stoſch in praefatione operis, quod ſcalptas gemmas, quae ſervant artificum nomina, illuſtrat, pag.* VIII. *facit mentionem de Gudianis mendis ab Jacobo Gronovio, qui aliquantum iniquior erat in paternum amicum, animadverſis ac notatis: qualia ſint illa, ſuis locis conſiderabimus. Phaedri fabulas cum adnotationibus non nullis jam pridem habeo ab editore Wolfio munuſculum; ubi ille vir adprime doctus etiam ſat a Gronovio Gudium vindicavit. Neque eſt Schaſſianum patrimonium circumplexus, quaſi theſaurum draco, Gudius: ſed in bibliothecam ſuam ſupplendam, libros manu ſcriptos comparandos, fecit ſumptus liberales, qui nuſquam melius potuerunt poni; praeſertim quum ad eruditorum quoque uſus ſpectarent. Ita beneficii gratiaeque cauſſa Joannes Fredericus Gronovius in notis ad Plinium in Naturalis hiſtoriae lib.* XX. *cap.* XVI. quintas [*membranas*] eruditiſſimi & ingenioſiſſimi Marquardi Gudii noſtri: *& cetera. Idem Gronovius in praefatione in editionem Plauti.* Quintum in mem-

membranis Marquardus Gudius a quadriennii peregrinatione, ſupra quam dici poteſt, eleganter ac muſice tranſacta redux. *& cetera. Plauti Amphitruo, Aſinaria, Aulularia, Captivi, Curculio, Caſſina, [ſic in quibuſdam aliis libris manu ſcriptis & prelo ſubjectis, teſte Camerario.] Ciſtellaria, Epidicus, in codice membranaceo comparent in catalogo bibliothecae Gudianae pag. 553. loc. 108. Catullus manu ſcriptus e bibliotheca Gudiana Iſaaco Voſſio in poematis Catullianis recenſendis uſui fuit, ut ſuis locis licet videri. Catullus in membrana ſcriptus, & idem in codice membranaceo cum Tibullo comparet in catalogo bibliothecae Gudianae pag. 556. & 557. loc. 153. & 169. De Gudii ac patris ſui amicitia ſic refert Jacobus Grouvius in praefatione altera in Pomponii Melae editionem alteram.* Initiabar enim ſtudiorum rudimentis, & prout vel vires dabant, vel juventutis levitas permittebat, Graecarum Latinarumque litterarum notitiam appetebam, quum Marquardus Gudius ex peregrinatione, onuſtus vetuſtiſſimarum rerum ſelecta, multiplici & admiranda copia, reverteretur. Quam quum in villa Hagenſi aliquamdiu haberet expoſitam, quo ſaepius excurrebat pater non ſine me, quem volebat ex ſermonibus quoque illis, qui de ſolis erant ſtudiis, proficere; *& cetera. Ab Joanne Alberto Fabricio in Bibliographia antiquaria cap.* XI. *pag.* 389. *laudatus eſt* Marquardus Gudius in diſſ. ſub J. Andrea Boſio habita Jenae de Clinicis ſive Grabatariis vet. eccleſiae. *Quam vellem haberem. Gudii quoque Joannes Georgius Graevius in praefatione libri, cui titulus eſt,* Syntagma variarum diſſertationum rariorum, *ad Jacobum Henricium ita meminit.* Tertio loco videbis Joannis Jonſenii epiſtolam non indoctam ad Marquardum Gudium, qui tum temporis in Academia Saxonum Jenenſi optimis artibus dabat operam, de Spartorum genitiva nota lancea, cujus meminit Ariſtoteles in Politicis, & alii, quos perperam dici a Gregorio Nazianzeno Spartiatas, & a nonnullis Spartanos, docuit, multaque non protrita de illis Cadmeis terrae filiis prodidit. *& cetera. Haec etiam praefatio in Fabriciana Graevii praefationum & epiſtolarum collectione & editione legitur loc.* XXXVIII. *Accipe nunc Koolii deliberationem & conſultationem de modo & ratione deſcribendi inſcriptiones a Gudio collectas.*

An Gudianae inſcriptiones, quae prorſus eaedem ſunt cum Gruteri vel Reineſii, adeo ut nulla ſit differentia, etiam corpori noſtro ſint inſerendae? Non.

In orthographia ſi ſit differentia, an haec ſola ſuadet, ut corpori Gudianarum inſcriptionum inferatur? Niſi ſit notabilis, poteſt adnotari differentia orthographiae.

An inſcriptio non majuſculis litteris exarata non ſit deſcribenda majuſculis? Exemplum eſt pag. CCXLII. loc. 4. [*Inſcriptionis inciput ibi initium:* Tibur mihi patria eſt.] Majuſculis.

An locus, ubi marmor inventum, non ſit praemittendus, ut egit Reineſius? Maxime.

Circa puncta, quum Reineſius pro lubitu ea ponat, quid potiſſimum obſervandum? Ut in autographo.

Lo-

PRAEFATIONIS APPENDIX.

Loca, ubi marmor inventum, quum ſaepiſſime Italice exprimantur, an Latine eo nomine, quo olim vocata ſunt, exprimi debeant? Omnino.

An neceſſe ſit deſcribantur illae, quae in integro folio ſunt deſcriptae? Tutius videtur non deſcribi, quum ita errores evitari poſſunt. Neceſſe non eſt.

De oratione Koolii, quam ſupra memora·i, illud adnotavit Fabricius in libro, quem ſic edidit inſcriptum: Imp. Caes. Auguſti temporum notatio, genus, & ſcriptorum fragmenta: *pag.* 63. Joannis Kool oratio, quibus artibus Auguſtus callide emp. Romanam invaſit. Trajecti 1697. 4. Journal des ſçav. 1698 pag. 524. *Jacobus Gronovius in praefatione Dactyliothecae Gorlaeanae de Koolio fecit mentionem. De notis veterum ab Urſato collectis & expoſitis Graevius in praefatione in tomum* XI. *Theſauri antiquitatum Romanarum ita ſcripſit.* Poſſent longe plura ad iſtum Urſati librum notari, ſed ea differo in tomum inſcriptionum ſatis ponderoſum; quem, ſi vita & otium ſuppetet, publicare conſtitui. *Graevii verbis uſus eſt Fabricius in Bibliotheca Latina lib.* IIII. *cap.* VI. *Ib., & in Bibliotheca Graeca lib.* IIII. *cap.* XV. *Chriſtophorum Woltereck veterum notarum ab Urſato & aliis collectarum & expoſitarum numero alterum tantum adjecturum eſſe quandoque ſpem fecit. Qua objecta ſpe, in notis veterum colligendis & exponendis remiſſior fui. Joannes Mabillon in Itinere Italico litterario pag.* 176. *tetigit illud commentitium elogium*

DIS. AVIBVS
LVSCINIAE. PHILVMENAE.

& cetera, quod expreſſum eſt in praefatione mea pag. 8. *Exhibuit elogium illud ipſum etiam peregrinator Aubry ſive Albericus de la Motraye in Itineribus Europaeis, Aſiaticis & Africanis in tomo p·iore pag.* 59. *Quod Camillus Peregrinius Alexandri F. de quo feci ſupra mentionem, ipſe ſibi vivus epitaphium fecerat, id Joannes Mabillon retulit in Itinere Italico litterario pag.* 116. *De Carolo Morono, cujus mentionem ſupra feci, Joannis Mabillon Iter Italicum litterarium in pag.* 99. *& Joannis Alberti Fabricii Bibliothecae Graecae volumen* XIIII. *in lib.* VI. *cap.* XI. *pag* 9: *&* 21. *& Auguſtini Griſchow Introductio in philologiam generalem in cap.* IIII. *pag.* 140. *quoque inſpici poteſt. De Sebaſtiani Maccii collectione inſcriptionum antiquarum, cujus ſupra feci mentionem, videas etiam Vetera analecta Joannis Mabillon in pag.* 571. *ſecundum editionem majoris formae. Ibi reperitur in pag.* 358. *quoque antiqua collectio inſcriptionum veterum Romanarum, cujus meminit jam Fabricius in Bibliothecae Latinae volumine* III. *lib.* IIII. *cap.* V. *Sed finis ſit. Nec enim ſunt omnia vaſaria excutienda. Nuper ab Hermanno Horſtio mecum communicatae ſunt aliquae reliquiae Aſiaticarum Graecarum inſcriptionum; quas pollicitus ſum, ut primum fuerit occaſio, exhibiturum ſimul cum adnotationibus non nullis & in illas, & in ceteras ſupra poſitas. Quod multos annos opus hoc in manibus habui propter valetudinem & mortem minoris Halmae, ideo a me in praefationem, & in ejus appendicem, multa conjecta ſunt, aliud alio tempore. Inſerendis autem excerptionibus & inſcriptionibus pluribus praefationis appendix eſt facta major, quam praefatio. Haec omnia velim, quaſi per ſaturam collecta, & ſaltuatim ſcripta, boni conſulas. Adnotationes Joannis Cornelii de Pauw in aliquot monumenta antiqua, quae ſunt in Gudii collectione: notas etiam Koolii in complura monumenta vetera, quae ſunt in Gruteri Reineſiique & Fabretti collectionibus: alia praeterea ſubjicien-*

***** ***** ***** *

da

PRAEFATIONIS APPENDIX.

da ſub prelum curabo, quum alium librarium propiorem mihi nactus ero. Procul enim abſum a Leovardia, & a typis; in quibus corrigendis non minimum temporis laboriſque conſumptum eſt. Indices autem a me edentur non perfecti, (nam eſſet infinitum) ſed primo quoque tempore praeter additamenta magnae etiam acceſſiones fient. Fortaſſe accedet etiam index nominum, quae ſunt in antiquis inſcriptionibus a Fabretto expoſitis. Inventus eſt in ſcriniis Koolianis. Quod in indicibus de muneribus & honoribus uno in conſpectu poſita ſunt non numquam bina aut terna munera ejuſdem unius hominis: non ſequitur, ut etiam fuerint apta inter ſe, & cohaerentia. Hoc illis dictum eſt, qui, tamquam ſi datorum officiorum codicillos inſpexiſſent, atque dignitatum formulas, ita valde adſeveranter loquuntur; &, ut putentur intelligere & ſapere plus quam vulgus grammaticorum, Scaligero refragantur & obtrectant, quo jure, quaque injuria. Hoc pretium operae laboriſque cepit. Quid me futurum eſt, qui milleſimam partem ejus meritorum non adſequor & exaequo? Quod ſi labori faverint docti meo, gratulari me facient judicio ſuo: ſi vero invidi obtrectare curam voluerint, non tamen eripient mihi facultatem bene merendi non ſolum de vivis, ſed etiam de mortuis. Scholaſticos in Arietis ſigno natos ulciſcentur mores ſui. Sed flagitant operae litterariae. Etiam atque etiam vale.

Haec

HAec, quaecumque vides, aevi monumenta prioris,
Inciſa antiquis marmora & aera notis;
In quibus apparet Romae florentis imago:
(Illa quidem nunc ſtat nominis umbra ſui)
Per quae ſpirat adhuc Romana potentia, qualis
Nixa tot Auguſtis Caeſaribuſque fuit:
Gudius Italicis olim deſcripſit in oris,
Qua potuit fugiens littera priſca legi;
Aut in diverſis Romani partibus orbis,
Quas inter Rhenus Danubiuſque fluunt:
Gudius aeternae collegit in urbis honorem
Gruteri exemplo Reineſiique ſui.
Ordine digeſſit dehinc Koolius indigeſta
Hortatu Graevi conſilioque ſui.
Indicibus coeptis, adfecta parte notarum,
Mortuus eſt medium Koolius inter opus.
Poſt obitus horum mihi tradidit Halma virorum
Empta ſibi, & prelo ſubjicienda ſuo.
Flaminiae monumenta leges, monumenta Latinae,
Aetatem aut Geticas vix bene paſſa manus;
Et quae ſemirutis inſculpta Salaria buſtis
Elogia oſtendit, nec tibi lecta prius;
Appiaque Italidum monſtrat regina viarum:
Tempus ad interitum paene redegit ea.
Protulit effoſſis in apricum multa ſepulcris
Aetas, ſub terra quae latuere diu.
Quae fuerit pietas in nomina luce carentum,
Sat veteris luctus conſcia ſaxa docent.

Ecce ſepulcrales caris ſtant manibus arae:
Ordine ſtant ollae quaeque, lociſque ſuis.
Umbra maritalis tumulo miſerabile carmen,
Umbra parentalis flebile carmen habet.
Filius ante diem patri lugetur ademptus,
Ploratur matri filia rapta ſinu.
Deſertus queritur frater de morte ſororis,
Aut de fraterna morte relicta ſoror.
Flet conſanguineus conſanguinitate propinqui
Interitum, amiſſae flentur amicitiae.
Libertos ſervoſque dolent obiiſſe patroni
Et domini: vernae funere maeret herus.
Liberti ſervique dolent obiiſſe patronos
Et dominos: luctum participatque cliens.
Scalpta querela manet cinerum cuſtodibus urnis
Sanguinis amiſſi conjugiive memor.
Inciſae ſervant ſolemnia verba columnae:
Indicio cippus terminat arva ſuo.
Chriſticolae placida compoſti pace quieſcunt:
Atque aeterna pios vita ſaluſque manet.
Certa ſalutiferi nota nominis & crucis inter
Principium & finem quid velit, ipſa docet.
Tauroboli ritus poteris cognoſcere ſacri,
Temporaque & cauſſas; criobolique ſimul.
Haec ſunt egeſta ſcrobibus tellure profundis
Myſtica turrigerae ſacra peracta deae.
O nimium faciles, qui ſe potuiſſe renaſci
Arietis & tauri ſanguine crediderint.
Non renovandi hominis Cybele & Cybeleius Attis,
Nec cruor exceptus corpore, cauſſa fuit.

Sed

Sed ſanguis potiora loquens, quam ſanguis Abelis,
Cauſſa renaſcendi tempus in omne fuit.
Saepe tribus, vici, regiones, horrea, thermae,
Rura, viae, fontes, templa, theatra, fora;
Alveus & ripae Tiberis tibi ſaepe legentur;
Appias & Virgo ſaepe legetur aqua.
Saepe tribunatus praefecturaeque legentur;
Saepe magiſtratus; ſaepe magiſteria.
Hinc tibi cognitior, ne perſequar omnia, fiet
Auguſtae ſeries Caeſareaeque domus:
Priſtina majeſtas celebrata in colle Palatl,
Nec Capitolino culta Tonante minus.
Hinc ſtatus Italiae, dominaeque potentia Romae,
Et Romana tibi notior hiſtoria.
Quae monumenta vides collecta per Aſida terram,
Horſtius huc miſit: Smyrna tenebat eum.
Qualeſcumque tibi per me Dukerus habere
Relliquias aevi barbariaeque dedit.
Si qua videbuntur minus emendata legenti;
Littera plus aequo Graeca caduca fuit.
Teſtificor Phrygios cineres, & Jonica buſta;
Lydia teſtificor rudera & Aeolia.
In villas abiere quot oppida civibus orba!
Funditus everſis quot periere focis!
Sola fere e ſeptem ſupereſt eccleſia Smyrnae.
Projectum eſt Epheſi triſte cadaver humo.
Explicat immenſas Eoa parte ruinas
Pergamus Attalicis inclyta divitiis.
Quid loquar a doctis Thyatira reperta Britannis?
Neſcia nuper erant nominis ipſa ſui.

Quae-

Quaeruntur fruſtra Sardes in Sardibus ipſis.
Non Philadelphiae eſt, qui fuit ante, decor.
Inter buboneſque ſtrigeſque ululantibus alte
Per noctem reſonat Laodicea lupis.
Inter alopecidas lugubri voce querentes
(Eſſe putes homines) ſibilat ore draco.
Illa, quibus belli rabies aut flamma pepercit,
Viribus annorum collabefacta ruunt.
Truncatis diſjecta jacent ſimulacra figuris:
Orbatae ſtatuis procubuere baſes.
Indigno corrupta ſitu monumenta fatiſcunt:
Graiugenum caſſis mors venit elogiis.
Non poſſet Graias Aſiae per amoena ruinas
Cea Leoprepidae flere Camena ſatis.
At vos, Romani manes, atque Aſides umbrae,
Si vobis veſtri ſenſus honoris ineſt,
Officium ſentite pium. Manſura per aevum
Gaudete his chartis nomina veſtra legi.
Et Romanorum manes gaudete deorum,
Si conſecratos nunc quoque tangit honor.
Et tu, Roma, fave, diuturni cauſſa laboris.
Non potes haec relegens immemor eſſe tui.
Alpibus evictis exercitus advena quondam
Cimbricus Italiae finibus horror erat.
Te Cimber tanto poſt Gudius arſit adire:
Italicamque adiit hoſpes amicus humum.
Priſca tuos intra muros veneratus & extra,
Te cultu potuit demeruiſſe ſuo.
Gentibus & populis numen, ſeu numinis inſtar,
Quum ſtares rerum culmine; Roma, fave:

Officiumque meum non dedignata Batavi,
Accipe tutelae munus opuſque meae.
Per, ſi quid meruit de te bene Gudius; oro:
Et divulgandi Graevius auctor opus:
Si qua operae docti debetur gratia Koolı:
Debetur curae gratia ſi qua meae:
Fida Batavorum cuſtodia ſi qua probata eſt
Principibus, virtus ſi qua probata tuis:
Per Taciti manes; ſignataque ſaxa Batavis
Fraterno populi nomine, Roma, tui.

FRANCISCVS HESSELIVS.

INDEX CAPITVM.

Diis dedicatorum. Pag. I.
Operum publicorum. Pag. LXIX.
Caesarum Imperatorumque. Pag. LXXXVI.
Annalium, actorum, historiarum. Pag. XCVII.
Sacerdotum, pontificum, flaminum, augurum, ludorum, festorum, ministrorum sacrorum, ludionum. Pag. XCVIII.
Magistratuum majorum, minorum & quorumvis honoratorum. Pag. CXI.
Legum, senatusconsultorum, decretorum, foederum, contractuum inter privatos, donationum, cessionum & actuum similium. Pag. CXLIII.
Militum. Pag. CXLV.
Libertorum & officiorum domus Augustae. Pag. CLXXXVIII.
Ordinum, collegiorum, sodalitatum, corporum. Pag. CCV.
Studiorum, artium, officiorum minorum, negotiationum. Pag. CCVIII.
Adfectus parentum erga liberos. Pag. CCXXVI.
Adfectus liberorum erga parentes. Pag. CCXLIX.
Adfectus conjugum. Pag. CCLXI.
Adfectus fratrum & sororum. Pag. CCXCI.
Heredum, gentilium, cognatorum, familiarium, amicorum, sodalium, propinquorum, benemeritorum aliorumque promiscua monumenta. Pag. CCXCVI.
Monumenta singulariorum ab incertis posita. Pag. CCCXII.
Adfectus dominorum & patronorum erga servos libertosque & contra. Pag. CCCXXXIX.
Adfectus libertorum ac servorum inter se & suos. Pag. CCCLI.
Monumenta Christianorum. Pag. CCCLXV.
Spuriae. Pag. CCCLXXIII.

Quos plerisque omnibus inscriptionibus numeros Koolius adscripsit, hi pertinent ad duo volumina inscriptionum Gudiana, unde corpus fecit.

Hoc volebam nescius ne esses. Vale.

INSCRIPTIO SIGEA BOVΣTPOΦHΔON INSCVLPTIS PRISCARVM LITTERARVM FORMIS.

Deinde inferius.





Ω. v. Ω. in aes incidit dimidio contractius.

F. Ottens inv. et sculps.

1 *Augustae Taurinorum in aedibus Vagnoniis, litteris elegantibus; inferius sculptus currus, cui impositum dolium. Eandem edidit Gruterus* II. 1. *sed desideratur lapidis descriptio.*

Ɔ|CCCII. 4

DIS. OMNIBVS
HYGINVS
PRIAMI. FRATER
POSVIT
Vidit ac descripsit Gudius.

3 *Albae Juliae ad hortos Archidiaconi.*

CIƆ|LXXI. 4

I. O. M
DIS. ET. DEABVS
TIB. CL. RVFVS
FLAMEN. COL
Gudius ex Codice Mſto Caroli Dati.

5 *Romae.*

CIƆ ƆLIII. 2

IOVI. IVNONI. MINERVAE
TVTEL. NOVARIAE
M. AQVILLIVS. Q. F. FLORVS
TI. CLAVDIVS. TI. F. DRVSVS
II. VIR. COLON. NOV
ARIENS. AVGVST
Gudius ex Ligorio.

6 *Tuderii in basi.*

CIƆ Ɔ CXXXVI. 2

IOVI. IVNONI. ET. DIANAE
L. VIRIVS. VIRISSIMVS. VETERA
NVS. ET. IVLIA. VIRISSIMA. GRA
TIDIANA. ET. SP. VIRISSIMVS
SP. F. CLVST. TODERT. EQ. PVBL
DD. NON. APRIL
C. ATILIO. SEVERO. II. ET. T. AVRELIO
FVLVIO. ANTONINO. COS
Gudius ex Ligorio.

2 *Volsinii in Templo D. Francisci. Extat haec apud Gruterum* II. 8 *sed duabus lineis truncata etiam in novissima editione: desunt autem in hac nostra duae aut tres litterae.*

DIS. DEABVSQ
PRIMITIVVS
DEAE . . . NORI
SER. ACT
EX. VOTO
Vidit ac descripsit Gudius.

4 *Faventia inventa & Romam translata a M. Hieronymo Zudulo sculptore Faventino.*

CIƆCCCCLXIV. 1

IOVI. O. M. IVNONI. ET. MINERVAE
D. CAPITOLINI. CVST. SACR . . . .
L. PLIMINIVS. L. F. QVIR. AVRELIANVS
EQ. PVBLIC. PRAEF. EQVIT. TRIBVNVS
II. VIR. COLON. FAVENTIN. IIIIVIR. QVIN
QVENN. IIIII. VIR. AVGVSTALIS. AEDIL
PATRONVS. ET. PONTIF. PRAEFECTVS
CORPOR. COLLEGIOR. DENDROFORORVM
ET. CENTONARIOR. MVNICIP . . .
L. D. D. D
Gudius ex Ligorio.

7 *Sub colle infra castellum dictum* Gandolfo, *ubi fuit rupes Albina in Ecclesia S. Pauli.*

CIƆ CLXVIII. 1

IOVI. OPTVMO
MAXSVMO
MINERVAE
IVNONI. VESTAE
ALBAN. SACR
L. CORNELIVS. L. F
FAL. PVPILLVS
FLAMEN
QVINQVEN. PATRONVS
sic
CASTRI. MOENENSIVM
EX. VOTO
Gudius ex Ligorio.

1 *Ostiae.*

cIc Io LXX. 2
IOVI. PATVLCIO. ET
IVNONI. PATVLCIAE
D. D. PRID. AVG
C. CAESIO. LONGINO. ET
SEX. DOMITIO. CALVINO. CoS
L. CALPVRNIVS. L. F. PAL
MESSALINVS
PRAEFECTVS. FABR. OST
IIII. VIR. QVINQ
DE. SENATVS. SENTENTIA
AEDEM. FACIENDAM
COERAVIT. EI. P
Gudius ex Ligorio.

2 *In basi reperta in regione Transtiberina.*

cIↃ IↃ XCIII. 2
IOVI. IVGO. ET. IVNONI
IVG. SACRVM
A. TERENTIANVS
sic
MENESTREPS
CVRATOR. LECTICAR
Gudius ex Ligorio.

3 *Vicentiae.*

cIↃ IↃCLXVI. 3
IOVI. IVNONI. CAPITOL
SACRVM
PRO. SALVTE. M. AVRELI
GRATIDIANI. VENVSTI
M. GRATIDIVS. SECVNDVS
V. S. L. M
Gudius ex Ligorio.

4 *In tabula aerea reperta Fori Sempronii et Romam translata a M. Petronio Barbato.*

cIↃ CCCCLX. 1
IOVI. OPT. MAX. ET. DIANAE. AVG
COLONI. COLONIAE. FORO. SEMPRONIENS. TITIANI. FLAVIANI
II. VIRI. P. CORNELIVS. P. F. POL. SABINVS. M. MAECIVS. M. F
POL. FLAVIANVS. IIII. VIRI. M. SENNIVS. M. F. POL. ATRON
C. IVNIVS. C. F. POL. IALNVEIANVS. Q. CAECINIVS. Q. F. POL. PROSPER
sic
SEX. AFFIVS. SEX. F. POL. RVFINVS
QVINQVEN. PRIM. DD
Gudius ex Ligorio.

5 *In ara marmorea reperta in monte Aventino.*

cIↃ IↃ CLXXXVIII. 1
IOVI. ELIC. OPTVMO
MAXVMO. ET. FAVNO
ET. PICO. CONSER
VAT. C. GAVIVS. HYLA
RVS. SACERDOS. HERC
XV. VIR. ET. AVGVR. S. F
ARAM. D. D
IDIBVS. OCTOBR. IMP
CAES. M. AVRELIO. COMMO
DO. IIII. ET. M. AVRELIO
VICTORINO. COS
Gudius ex Ligorio.

6 *Reperta in monte Aventino.*

cIↃ IↃ CLXXXVIII. 2
IOVI. O. M. ET. FAV
NO. ET. HERCVLI
CONS. SACR
M. AVIDIVS. DIOSCO
RVS. AEDITVVS
DEI. SOLIS. INVICT
MITHRAE
X. VIR . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
Gudius ex Ligorio.

7 *In Transylvania.*

IↃ CCCCLXIX. 2
IOVI. INVENTORI. DITI.PATRI
TERRAE. MATRI
DETECTIS. DACIAE. THESAVRIS
CAESAR. NERVA. TRAIANVS
AVG. SAC. POS
Joannes Trösterus Lib. I. C. XIII. Daciae hanc laudat et explicat de Thesauris Decebali in medio flumine sargetia absconditis, sed a Trajano indicio proditoris detectis et repertis. Mihi tamen suspecta est.

8 *In Umbria ad ripam Clitumni fluvii, qui olim Jovi sacer, ubi hodie ad radicem montis conspiciuntur reliquiae minoris templi, quod sustinent columnae operis Corinthiaci: olim hoc templum Jovi sacrum erat, nunc a Christianis salvatori dicatum est. Clitumni meminere Plinius Strabo aliique.*

cIↃ CCCVII. 1
IOVI. CLITVMNO
OPTIMO. MAXIMO. CONSER
VATORI. AVG. N. SACR
C. IVLIVS. C. F. ARNIENS. FE
ROX. TRIBVNVS. LEG. XX
AVG. ET. T. LEPIDVS. T. F. AR
SALVIANVS. PRAEF. COHOR
SPECVLAT, EIVSDEM. LEG
VOT. SOL. L. M. KAL. IVN
M. AIMILIO. LEPIDO. ET. TITO
STATILIO. TAVRO. II. COS
Ex Ligorio Gudius.

9 *Romae.*

IↃ CLXV. 5
I. O. M. D
ET. SOLI
SACRVM

10 *Capuae, litteris non admodum venustis sequioris aevi: marmor fractum in duas partes, quarum major & potior extat in vico retro post Archiepiscopalem publicam Bibliothecam; altera pars, in qua solummodo continentur duae ultimae litterae secundae lineae & lineae quartae littera ultima, conservatur in aedibus* di Marcianli *in regione, quae vocatur* la Croie. *Haec lapidis divisio casu jam multis ab hinc annis facta est.*

IↃ CC LXXXVIII. 1
IOVI
VESVVIO
SAC
D. D

1 *In agro Pedemontano descripta a Batavo, qui ex Italia redux per Cl. Graevium nobiscum communicavit.*

CCCCLXI

IOVI. O. M
GENIO. LOCI
FORTVNAE
REDVCI
TERENTIVS. VARRO
DEDIC

2 *Romae in aedibus Quirinalibus Barbarinis: litt. pulchris.*

IOVI
ET. ASCLEPIO
HYGIAE
M. SEVIVS (sic)
FAB
SENECA
EX 7. VII. DIGNATI
MISSVS. VOTV
L. A. S

3 *In ara.*

I. O. M. A. D. ET
SOLI. DIGNO. PRES
PRO. SAL. M. AVR. AND
RONICI. ET. TARQVINIE
MARCELLE. COIVGIS. ET
FILIORVM. EIVS. ARAM
POSVIT. EX. VOTO. PER
C. FAB. GERMANICO. SACERD

Gudius ex schedis P. Stephanonii.

4

CIↃ CLIX. 2

IOVI. OPTVMO. MAXVMO
ADIOASSVRITENO. DOLICHE
NO. ADIABENO. H. S. D. D
C. ANSIDIVS. C. F. ANAXILAS. V. C
PROCVRATOR. XX. HEREDIT
PRO. FISCI. ASIA : : : : : :
PROVINC. MISS : : : : : : :
IMP. CAES. NERV : : : : : :
. . . . . .

Romae. In fragmento tabulae aeneae, quam possidebat Alphonsus Molsa Poeta Mutinensis, in qua legebatur sequens vox Graecis litteris exarata ΑΔΙΟΑΣΣΥΡΙΤΗΝΟΙ, ab altera parte Romanis litteris erat haec inscriptio posita Jovi Adioassuriteno. Haec tabula reperta fuit sub rupe Tarpeia ad latus vici jugani, ubi olim erat templum Saturni, aerarium populi Romani. Adio assuriteni sunt antiqui populi Asiae, sed ob deperditos scriptores eorum nullam cognitionem habemus, nisi ex antiquis monumentis. Sunt revera populi Babyloniae in Assyria aut Parthiae, & in specie sunt Adiabeni, quapropter hi populi Babyloniae (si sint Assyrii) ab urbibus, regionibus & provinciis ipsius dicti sunt Parthi Arabi & Parthi Armenii & Parthi Adiabeni & ex illis sunt illi Adioassuriteni, qui postea cogniti fuerunt sub nomine Adiabenorum. Gudius ex Ligorio.

5 *Ravennae.*

CIↃ IↃXCIX. 3

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
DOLICHENO. SACRVM
C. CERANIVS. C. F. CALLYSTVS
PRAEFECTVS. CLASS. RAVENN
PRAEFECTVS. COLLEG. DENDR
ET. CENTONAR. IIII. VIR
QVINQVEN

Gudius ex Ligorio.

6 *Massae in aedibus Colotii Episcopi.*

CIↃ IↃ CV. 2

IOVI. SANCTO. DOLICHENO
SACRVM
M. TREBONIVS. MM. LIB. PRINCEPS
AEDITVVS. PORTVMNI
V. S

Gudius ex Ligorio.

7 *Romae effossa tabula aerea, in qua conspiciebantur Jupiter armatus cum tauro & Juno cum cervo (adorabant scilicet Dolocheni solem & lunam) infra haec inscriptio.*

CIↃ CCC XCIII. 1

Sub Jovis figura.

IOVI. OPTVMO. MAX
DOLICHENO
SACR
L. FABIRIVS. L L. PHILOTI
MVS. V. S. L. M

Sub Junonis figura.

IVNONI. ASSY
RIAE. REG
DOLICHENAE

Gudius ex Ligorio.

8 *Ad latus montis Coelii.*

CIↃ IↃ CXCIV. 2

IOVI. CAELIM. OPTIMO
SERENATORI
QVINQVENNALES. LVSTRI. XX
L. AELIO. VERO. CAESAR. III. ET
P. CAELIO. BALBINO. COS
L. PAPITIVS. L. F. SVC. AVIENVS
CVRATOR. REG. II. GAELIMON
T. MAINIVS. T. F. HYMNVS. ET
Q. VALERIVS. Q. F. SIC. LICINIANVS
DENVNCIATOR. S. P. D. D

Gudius ex Ligorio.

9 *In via Gabinia Praenestina.*

CIↃ CCC XCVII. 1

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
SERENATORI. SACRVM
M. DOVIVS. CRISPINVS. VIR. CL
LEG. AVG. N. LEGION. III. ITALI
CAE. PROCOS. PROVINCIAE. AFRICAE
COS. CAMPANIAE. CVRATOR. REIP
SVESSVLANORVM
QVAESTOR. CANDIDATVS. ELEC
TVS. IN. FAMILIAM. PATRITIAM
XV. VIR. SACR. FAC. X. VIR. STLITI
BVS. IVDICANDIS. VII. VIR. EPV
LONVM. PONTIF. MINOR. ET
VI. VIR. AVGVST

Gudius ex Ligorio.

1 *Vicentiae.*
cIↃ IↃ CLXV. 4

IOVI. SERENATORI
SACR
TI. ALLENIVS. TI. F. MENEN
FLORVS
ET. ALLENIA. LAVINA
V. S. L. M
Gudius ex Ligorio.

2 *Epidauri in Illyria.*
cIↃ CCCCXIV. 1

IOVI. OPTVMO. MAXIMO
SERENATORI. SAC
L. ARTVLEIVS. L. F. TROM
THAVRVS
II. VIR. EPIDAVREN. IVR. D
V. S. L. M
Gudius ex Ligorio.

3 *Inter rudera Fori Romani.*
cIↃ IↃ XXXVII. 1

IOVI. OPTIMO. MAX
SERENATORI
CVSTODI
C. MEMMIVS. C. F. COL
SEPVLLVS. PRAEF
PRAETOR
Gudius ex Ligorio.

4 *Numanae.*
cIↃ IↃ LIV. 3

IOVI. OPT. MAX
SERENO
L. AVRELIVS. L. L. EV
TYCHVS. TABV
LARIVS. NVMAN
SACR
Gudius ex Ligorio.

5 *Eſtoſſa Romae inter rudera domus privatae Varii Dindyani prope Circum Flaminium.*
cIↃ CCC XC. 5

DIIOVI. SERENATORI
SACRVM
L. VARIVS. L. L. DINDYA
NVS
Gudius ex Ligorio.

6 *In tabula aerea Torcelli reperta.*
cIↃ IↃ CII. 3

IOVI. BONO. DEO
SERENATORI
M. MISCILIVS. RVFVS
VETERANVS. EX. V
Gudius ex Ligorio.

7 *Laudis Pompejae.*
cIↃ IↃ I. 4

IOVI. FVLGERATORI
CONSERVATORI. OPTI
MO. MAXIMO. SACRVM
T. TEPIDIVS. T. F. FAB
MAXIMVS
TRIBVNVS. LEG. III. ITALI
V. S. L. M
Gudius ex Ligorio.

8 *In via Valeria a parte lacus Fucini noſtro tempore conſpiciebantur pulcherrima ſegmenta pavimentorum ex vario marmore, quorum uſus erat in tentoriis. Iſtic etiam repertum hoc fragmentum.*
CIↃ CLXXXVI. 1

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
FVLGERATORI. CONSERVATORI
T. VARIVS. ALTHEMIVS. GELLIANVS
V. C. CVRATOR. VIARVM. PRAEF
FABROR . . . . . .
. . . . . .

9 *Tiferni in Umbria.*
cIↃ IↃ CXXXII. 2

IOVI. FVLGERATORI
OPTVMO. MAXSVMO
SACRVM
L. FVFFICIVS. L. FIL
TERENTIANVS
TIFERN. IIII. VIR
QVINQVEN
Gudius ex Ligorio.

10 *Ad latus montus Cœli, ubi erat aedicula Jovis fulguratoris.*
cIↃ IↃ CXCV. 1

IOVI. FVLGERATORI. OP
SACRVM
L FVRFANIVS. AVLLINVS
V. C. CVRATOR. REG. II. CAEL
PRAEFECTVS. FABRVM. FER
PATRON. CORP. PISTOR
SELIGINARIOR
AEDICVL. A. SOL. EXORNAVIT
CVR. AGEN
M. TREBELL. M. L. EVODIAN
MENS. AEDIFICIOR. PVBL
Gudius ex Ligorio.

11 *In tabula aenea reperta Aequicoli.*
cIↃ C LXIII. 1

IOVI. FVLGE[fic]RATORI . . . .
M. FLOSCIVS. IIIII. VIR. MVNIC
AEQVICOL. ET. SEVIR. AVGVSTA
LIS. ET. PATRONVS. HVIVS
MVNICIP. S. P. DD

12 *Feltriae.*
cIↃ CCCC LXVI. 1.

IOVI. FVLGERATORI. OP
SACRVM
L. OCLATIVS. L. F. MEN
ROCIANVS. IIII. VIR
I. D. PRAEF. AERAR
SATVR
Gudius ex Ligorio.

1 *Romae.*
cIↃ Ic cxviii. 3

IOVI. FVLGERATORI. SACRVM
C. VALERIVS. C. F. PAP. MARIANVS
TRIDENT
PRAEF. ANNONAE. KARAE. LEG
LEGION. III. ITALICAE. PRAEF
FABR. LEG. EIVSDEM. FLAMEN
DIAL. V. S. L. M

Gudius ex Ligorio.

2 *Sic hoc loco nomen illud ſcripſerat nulla ratione.*
cIↃ cccc xxix 2

IOVI. HERCEI. CONSERVATORI
DOMVS. HELVIANORVM
L. HELVIVS. L. L. HERMODORVS
NAT. HERMOPOLIT. PROC
HORREORVM. HELVIANOR
REGION. COELIMON

Gudius ex Ligorio.

3 *In tabella aerea, quam Romae ſervat Abbas Suderinus.*
cIↃ cccc xxix. 1

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
HERCAEO. SACRVM
C. ROSCIVS. C. F. PAL. THORI
VS. SACERDOS. IVNONI. RE
GINAE. SALVTIFERAE
V. S. L. M

HERCAEVS. ΕΡΚΑΙΟΣ ΖΕΥΣ eſt cognomen Jovis denotans ſacratum, penetrale, ſecretorum conſcium, hanc Jovis imaginem collocare ſolebant intra ſeptum aedium: Graeci cognominabant a ſepto ubi collocabant. Ovid. in Ibin. v. 284.

Cui nihil Hercaei profuit ara Jovis.

Thebis magnificum erat Hercaei Jovis templum, de quo vide Sophocl: in Antig; & Pauſan.

Gudius ex Ligorio.

4 *In agro Bajano.*
cIↃ IↃ clxiv. 4

IOVI. CONSERVATORI . . .
VAHALANIAN. PRAED . . .
C. NVMONIVS. VAHALA . . .
LEG. PRO. PR. CLASS . .

Gudius ex Ligorio.

5 *Mutinae.*
cIↃ IↃ xlv. 6

IOVI. OPTVMO. CONSER
VATORI. SACRVM
M. STATILIVS. M. F. POL
SATVRNINVS
PRAEFECTVS. PRAETOR
MVTINENS
V. S. L. M

Gudius ex Ligorio.

6 *In via Ardeatina ſexto ab Urbe lapide.*
cIↃ cc lxxiv. 2

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
CONSERVATORI. ARISBIAN
PRAED. L. MENENIVS
L. L. ARISBIVS. ET. ARIS
BIA. MENENIANA. L. D. D
III. NON. AVG. P. CORNELIO
ANVLINO. ET. M. AVFIDIO
FRONTONE. COS

Gudius ex Ligorio.

Ibidem in alio lapide
ARISBIANVM. FVN. QVOQVE. VERS. P. M. D. IX

7 *Parmae.*
cIↃ IↃ xcii. 3

IOVI. CVSTODI. OPTVMO. MAXIMO
CONSERVATORI. PARMENS
T. FOVRIVS. T. F. FAB. SEVERVS
PRAEFECTVS. LEG. X. AVG
SACRVM

Gudius ex Ligorio.

8 *Fundis in via Appia in tabula aerea litteris argenteis aeri commiſſis, hanc poſſedit Molſa Poeta Mutinenſis.*
cIↃ cccc lxxx. 4

IOVI. FVNDANO. OPTIMO. MAXIMO
CONSERVATORI. STATORI. SACR
TITVS. FVSIDIVS. T. F. STELL. AVTVS (sic)
FVNDANVS
PATRONVS. MVNIC. PRAEFECTVS
FABRVM

Gudius ex Ligorio.

9 *Inventa prope portam amphitheatri Albae & ab Antonio Sabelli, domino urbis dono data Cardinali* di Carpi, *qui hanc rurſus dono dedit Julio tertio Papae.*
cIↃ clxxi. 2

IOVI. LATIARI. OPTIMO. MAXIMO
CONSERVATORI. IMP. CAES
M. AVREL. ANTONINI. AVG. P. P
ARAB. MAX. ADIAB. MAX
P. VALERIVS. SEPTIMIANVS. PRAEF
MIL. ET. TITVS. CEIONIVS. AVREL
IANVS. PRAEF. ANNONAE. ET. M
ANTONIVS. FLAVIANVS. 7. COH. VI
PRAET. ET. C. IVLIVS. CATHERINVS
FLAMEN. DIAL. IIII. VIR
QVINQ. ALBANI. MON
LVSTR. FECER

1 *Tuderti.*
cIↃ IↃ cv. I
IOVI. OPTVMO. MAXIMO
CONSERVATORI. COLONIAE
PIAE. TVDERTIS (sic)
SACRVM
M. MAMMIVS. M. F. QVIR. LATINVS
PRAEFECTVS. MILIT. LEG. XV. APOLLINAR
PRAEFECTVS. EQVIT. BIS. ET. SACERDOS
AVGVSTAL. VI. VIR. QVINQVEN. ITERVM
VOTVM. SOLVIT
Gudius ex Ligorio.

2 *In agro Latino prope Lanuvium.*
cIↃ IↃ CLXXI. I
IOVI. IVCO. CONSERVATORI
PRAED. XANTHI
M. AVRELIVS. IMP. M. AVRELI
COMM. AVG. LIBERTVS. XAN
THVS. MINISTRATOR
OPER. SCAMBILLORVM
THEAT. VNIVERSI
Gudius ex Ligorio.

3 *Inter rudera aedis Jovis Statoris.*
cIↃ IↃ cc. 3
IOVI. STATORI. OPT
CONSER. SACR
L. AMICIVS. L. F. PAL. SERVI
LIANVS. TRIB. PRAETOR
VOT. SOL. LIB. MERIT
Gudius ex Ligorio.

4 *Ibidem.*
cIↃ IↃ cc. 4
IOVI. STATORI. FVL
GERATORI. D. D
C. SILIVS. PATRVINVS. V. C
PRAEFECTVS. VRB. EX. V
SOL
Gudius ex Ligorio.

5 *In via sacra.*
cIↃ IↃ CIII. 3
IOVI. OPTIMO. MAX
STATORI
P. PAPIRIVS. P. F. LEM. PLOCVS
PRAEFECT. PRAETOR
SIGN. AEN. CVM. HYPOBAS
MARM. DD
Gudius ex Ligorio.

6 *Romae.*
cIↃ IↃ C XCIX. 9
IOVI. STATORI
SEX. VEIRIVS. SEX. F. ESQVIL
PRAEFECTVS. PRAET
D. D
Gudius ex Ligorio.

7 *Ex Codice MS^to, qui est Florentiae penes* V. CL. *Franc. Redium Romae in Sancta Maria.*
IↃ CCC LXXXVIII. I
IOVI
STATORI. SVO. ORDO
LICTORVM. III. DECVRIARVM. COS
AVR. GAELV. LICVS. CVS. A. S. BASEM. DE

E Piccartinis schedis hanc habet Reinesius Cl: 1. gr: 19. sed hic repetere juvat, non quod magis sanam Gudianam credam, sed quod auctior sit, nam lineam ultimam sagaciori critico restituendam relinquo.

8 *In tabella marmorea reperta ubi fuit sacellum Jovis Fagutalis.*
cIↃ IↃ C LXXXIX. 3
SACELL. IOVIS. OPTIM
MAX. FAGVTAL. DD
XV. KAL. IVL. TI. DRVSO. CAESARE
ET. C. NORBANO. FLACCO. COS
MAGIST. VIC. XVI. REG. ESQ
OPVS. COL. PECVN. MVLT. RESTI
Gudius ex Ligorio.

9 *In tabula aerea litteris argenteis in monte Capitolino.*
cIↃ IↃ C XXXIV. 4
IOVI. OPTIMO. MAXIMO. CAPITOLINO
SACRVM
M. NVMMIVS. M. F. PAL. HILARVS. V. C
PRAEF. VRB. EX. V. F. COER
PRO SALVTE. NVMMIAE. VAHALENAE
LIB . . . . . SV
Gudius ex Ligorio.

Videtur supplendum LIBERORVMQ. SVORVM & videtur Nummia Vahalena uxor fuisse M. Nummii Hilari, & filia Nummii Vahalae aut Nummonii Vahalae.

10 *Panormi.*
cIↃ IↃ LXXX. 4
IOVI. OPTIMO. MAXIMO
PANOMPHAEO (sic)
T. TRIMIDIVS. T. F. POBLIC
GALLVS. EQ. SING. AVG
ANN. XVI
VOT. SOL
L. M
Gudius ex Ligorio.

1 *Romae.*
cIↃ cccc xcv. 4

IOVI. PEREGRINO
OPTIMO. MAXIMO
VICTORI. CONSERV
ATORI. SACR
PRAEF. KASTR
M. MAECIVS. M. F. PAL
SVRTIANVS
Q. PAETIDIVS. Q. F. PAL
GRATIVVS. (sic) QVIN
LVST. CL. AB. VR. C
Gudius ex Ligorio.

2 *In Eccleſia S. Mariae in monte Coelio.*
cIↃ ccc xvi. 3

M. CALPVRNIVS. M. F. QVIR
MAXIMINVS. TRIB
PEREGRINOR
IOVI. OPTIMO. MAX. PER
SVA. PECVNIA. D. D
Gudius ex Ligorio.

3 *In monte Coelio, ubi fuere caſtra peregrina & templum Jovis Peregrini.*
cIↃ ccc xli. 1

IOVI. PEREG
OPT. CONSERVATORI
L. PORCILIVS. L. F. ESQ
AEMILIANVS
PRAEF. PRINC. PEREGR
V. S. L. M
Gudius ex Ligorio.

4 *In monte Coelio, ubi fuere caſtra peregrina & templum Jovis Peregrini.*
cIↃ ccc xli. 2

PRO. SALVTE. IMP. CAES
ARIS. M. AVREL. ANTONINO
PIO. AVG. SARMATICO. MAXIM
I. O. M. PEREGRIN. RED
SACR
L. AVRELIVS. L. F. VERISSIMVS
VIC. PRINCIP. PEREGRIN
D. N. M. Q. S. PECVN. D. D
Gudius ex Ligorio.

5 *In ara reperta in colle Palatino verſus iſtam collis partem, quae reſpiciebat viam novam ſive forum Romanum, a quo non longe aberat templum pentapylum hujus Jovis Arbitratoris.*
cIↃ c lxvi. 2

IOVI. OPTVMO
MAXIMO
ARBITRATORI
ARAM
T. AETVLIVS. T. F. PAL
PROCVLVS
SVA. PECVN. V. S

6 *Romam tranſtulit Alphonſus Muſa Poëta.*
cIↃ IↃ xlv. 3

IOVI. OP. CONSILIATORI
CVSTODI. MVTIN. COL
SACR
C. STATILIVS. C. F. POL
MARTIALIS
IIII. VIR. COLLEG. FABROR
VOT. SOL. LIB. MER
Gudius ex Ligorio.

7 *Beneventi.*
cIↃ cc lxxx. 4

IOVI. VICTORI. PACIFERO
SACRVM
M. SVTORIO. M. F. MEN. VERO
VETERANO. VOT. V.OV
BELL. GERMANIC. DAC
SVTORIA. VLPIANA. ET. TITVS
SVTORIVS. M. F. MEN. HONORATVS
FAC. CVR
V. S. L. M
Gudius ex Ligorio.

8 *Cumis.*
IↃ c lx.

IOVI. VICTORI
TREBONIVS. GALLVS. COS
PORTICVM
EX. VOTO. FECIT
DEDICAVIT X. K. MAIAS
APPIO. ANNIO. M. ATI . . .

9 *In tabella aerea Deſcripſit Gabriel Caeſanus.*
cIↃ IↃ clv. 5

IOVI. VICTORI. OPT. MAX
C. CASPINIVS. C. F. FAB. VERVTVS
PRAEF. COH. TARANTASIAE
V. S.
Gudius ex Ligorio.

10 *In tabella aerea reperta Aemonae in Pannonia & Romam tranſlata a D. Claudio Ptolomaeo Epiſcopo Curzulae, ſed meliore parte diſtracta.*
cIↃ cccc viii. 3

DD. NN. IMPP. CAESS. M. AVRELIO. ANTONINO. ET
L. AELIO. AVRELIO. VERO. COMMODO. COSS. EX. LEG
II. PRAETORIA. PARTHICA. IOVI. VICTORI. DD. SIGN
AEN. AVRAT . . . . . .
L. AVIENI . . .
TRIBB . .
AERE
. . . . . .
Gudius ex Ligorio.

1 *Apud Alphonſum Molſam Poëtam Mutinenſem.*
cIↃ IↃ cLX. 2

IOVI. OPTIMO. MAXIM
VICTORI. SACRVM
TI. CLAVDIVS. AVG. LIB. PANCHRYSVS
PRAEF. ARMAMAX. THENSAE
DEORVM
DIVAL. SACRA. CIRCENS. CORON
D. D

Gudius ex Ligorio.

2 *Salonae.*
cIↃ IↃ cIII. 4

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
VICTORI. SACRVM
A. VOLVMNIVS. A. F. QVIRINA
EXPECTATVS. SALONA. MARTIA. IVLIA
DECVRION. COL. IIIIƗ. VIR
V. S. L. M

Hujus Volumnii mentio ap: Gruter. IↃ LXXIV. 7.

3 *Ad latus montis Coelii.*
cIↃ IↃ cXCIV. 3

IOVI. OPTIMO. SERENO
VICTORI
PRO. SALVTE. IMP. L. SEPTIMI
SEVERI. PERTIN. ET. M. AVRELI
ANTONINI. AVGG. ET. GETAE. FRAT
CAESS. ET. IVLIAE. DOMNAE. MATRI
SENAT. ET. MAT. CASTROR. ET. CAESS
C. PETRONIVS. SEPTIMIANVS. IVLI
ANVS. NOMENCLATOR. ET. PROTOSCR
D. N. M. Q. E
DEDICAVIT. XV. KAL. OCTOBR
M. FABIO. CHILONE. ET. L. LIBONE. COS

Gudius ex Ligorio.

4 *Vicentiae.*
cIↃ IↃ c LXVI. 4

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
CVSTODI. SACRVM
P. PVBLICIVS. P. F. MEN
MVMMIVS
IIIIƗ. VIR. AVGVSTAL

Gudius ex Ligorio.

5 *Romae inventa prope caſtrum praetorium in marmore Tiburtino.*
cIↃ c LXII. 1

DI. PATRI. FAMIL
L. AIMILIVS. L. F. TROM. AMANDVS
ET. AIMILIA. CORNELIANA. FECER
VNT. SIGN. II. AENEIS
IOVI. OPTVMO. M. ET. GENIO. PACI F

6 *Mityleni in baſi ante portam arcis. Ex Codice MSto, qui eſt Florentiae penes* V. CL. *Franc: Redium pag. 159. b. 3.*
IↃ CCCC XIX. 4

I. O. M
PRO. SALVTE. ET. VICTORIA
IMP. CAESARIS. M. AVRELI. AN
TONINI. L. AVRELI. VERI. F. DIVI
PIƗ. NEP. DIVI. HADRIANI. PRON
DIVI. TRAIANI. PARTH. ABNEP. DIVI
NERVAE. ADNEPOTIS

7 *Bergomi in tabula aerea.*
cIↃ CCLXII. 2

IOVI. OPT. MAXIMO
C. VIVANIVS. C. F. ANI. PLAN
CIANVS. EQ. R. BERGOMEN
PATRONVS. COLONIAE. ET
MAGISTER. AVGVSTALIS. IIIƗ
VIR. IVR. DIC. ET. II. VIR. SAC. F.
SVA. PEC. SIGN. D. D

Gudius ex Ligorio.

8 *Albae Juliae in latere cellae vinariae hoſpitis. Ex Codice MSto Caroli Dati.*
cIↃ LXXIII. 3

I. O. M
C. VALERIVS
VALERIANVS
EX. VISV. P.

De hac votorum conceptione EX. VISV vide quae notavit doctiſſimus Fabrettus Cap. VI. Inſcr. xx.

9 *Florentiae in aedibus Ricardiorum.*
IↃ C LXXXVI. 2

DOMINI. METVENS
I. O. M. L. M
SAC. P

10 *Allifis Samnitium oppido.*
cIↃ C LXXIX. 1

M. OPPIVS. M. F. TER. AVCTVS
PATRONVS. COLONIAE
ALIFAN. IIII. VIR. QVINQVEN
I. O. M. DONVM. DED

11 *Allifis Samnitium oppido.*
cIↃ CCXXIX. 2

IOVI. OPTIMO. MAX
L. OPPIVS. C. F. TER. PRISCVS
SCRIBA. AEDIL. SVA. PECVN
D. D

12 *Romae.*
cIↃ CC XCV. 3

IOVI. OPTIMO. MAX
M. CAECILIVS. VALENS. PRAEF
FABRVM. FERRAR. PRO
SAL. Q. CAECILI. MEMMI
FIL. D. D

Gudius ex Ligorio.

1 *Romae.*
cIↃ CCXXXI. 3

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
SACRVM
L. VIBIVS. L. F. PVB. SABI
NVS. VI. VIR. AVGVSTAL
PATRON. AVSVGANEI
H. V

Ausugum est civitas Italiae intra Feltriam & Tridentum: populi dicti Ausugani. Gudius ex Ligorio.

3 *Prope Comum.*
cIↃ CCC XXXVII. 1

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
C. TVRPILIVS. C. F. OVF. NAEVS
VET. COHOR. VII. PRAET. ET. PRAEF
PRAET. IIII. VIR. QVINQVENN. D. D

Gudius ex Ligorio.

5 *Formiis.*
cIↃ CCCC LXXIV. 2

IOVI. OPTVMO. MAX
M. ACCIVS. P. F. SENECA
M. F. MANILIVS. PLANTA
II. VIR. QVINQ
D. D

Gudius ex Ligorio.

7 *Monopoli.*
cIↃ IↃ XLI. 1

IOVI. OP. MAXIMO
L. OPPIVS. C. F. FAB
CALIDVS
IIIIL. VIR. AVGVSTALIS
PATRONVS. MVN. MON
SACERDOS. TITIAL
FLAVIALIS. SACR

Gudius ex Ligorio.

9 *Romae.*
cIↃ IↃCC III. 1

IOVI. OPTVMO
MAXIMO
SEX. ASINIVS. SEX. L
HELPIDEPHORVS
IVNIA. LIB. DOXA
DEDICAR

Gudius ex Ligorio.

10 *In regione Tranſtiberina.*
cIↃ IↃ CC VII. 2

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
SACRVM
L. RVBRIVS. L. F. PAL. SAENIOR
TRIB. MIL. PRAETORIA
VOT. SOL. LIB. MER

Gudius ex Ligorio.

2 *Cadurci hodie* Caors, *quae Galliae Aquitanicae urbs, incolae Cadurci dicti, eſt que antiqua Ducona. Hanc debemus Thomae Spicae Romano.*
cIↃ CC XCIX. 5

L. CORNELIVS. L. F. CL. PROCLVS
II. VIR. COLON. DVCON. CADVRC
IOVI. OPTIMO. MAX. LVD. P. FECIT

Gudius ex Ligorio.

4 *Caſini.*
cIↃ CCCXXXVI. 2

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
M. PAETIDIVS. M. F. STEL. FAVSTI
NVS. IIII. VIR. QVINQVENN
ET. VI. VIR. AVGVSTALIS. PATR
MVNIC . . . . . .
. . . . . .

Gudius ex Ligorio.

6 *Fruſinone in tabula fracta in via Latina.*
cIↃ CCCC LXXIX. 2

A. AGNEIVS. L. F. OVF. NIGER
II. VIR. COLON. FRVSIN
A. AGNEIVS. L. F. RVFVS. PR
FABRVM
A. AGNEIVS. L. F. OVF. SARDVS
A. ALLIENVS. Q. L. CHRESIMVS
AGENS. IOVI. OPTIMO. MAX
D. D. D

Gudius ex Ligorio.

8 *Ab Joanne Babtiſta Modio Medico.*
cIↃ IↃ C LXVIII. 5

IOVI. OPTIMO. MAX. AVRIAN. PER . . . .
L. CASSIVS. L. F. OVF. GEMINVS. TRIBVN . . .
MIL. LEG. II. PEREGRINORVM. VOT. SOL . . .

Gudius ex Ligorio.

11 *Piſauri.*
cIↃ IↃ LXXXII. 1

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
SACRVM
M. NAEVIVS. M. F. PAL
IVST. VERISSIMVS
AEDIL. CVRVL
PRAEFECTVS. FABRVM
PATRONVS. COLL. CENT
ET. DENDROPHOR
COLON. PISAVR
L. D. D. D
PVBLICE

Gudius ex Ligorio.

1 *Messanae.*
cIↃ IↃ xxxvii. 2

M. SILIVS. M. F. GALERIA
PAITVS. V. C
LEG. LEG. III. ITALICAE. P. FID
CVRATOR. COLL. FABR. MES
SANEN. PROCOS. PROVINCIAE
CAMPANIAE. PROCOS. SICILIAE. ET
QVESTOR. PROVINCIAE. AFRICAE
BYZACENAE. COM. PALATINVS
TRIBVNVS. MILIT. LEG. FRETEN
LEGAT. LEG. I. ADIVT. P. FELIC
IIII. VIR. STLITIBVS. IVDICAN
PATRONVS. COLL. FABR
VI. VIR. AVG. I. O. M. D. D
Gudius ex Ligorio.

2 *Nolae.*
cIↃ IↃ lx. 3

IOVI. OPT. MAX
L. POMPEDIVS. L. F. POBL
LVCILLVS. VI. VIR
AVGVSTALIS. ET. PATRO
NVS. COL. AVG. NOLANAE
Gudius ex Ligorio.

3 *Romae.*
cIↃ IↃ xxv. 1

IOVI. OPT. MAXIMO
M. SALVIVS. M. F. OCRIC
PAVLLINVS
SABINVS
IIIII. VIR. AVGVST. MANL
MVNICIP. PATRO
NVS. D. D
Gudius ex Ligorio.

Manliae, urbis Hiſpaniae Terraconenſis.

4 *Neapoli.*
cIↃ IↃ c xxvii. 2

M. FERVIVS. M. F. STEL. SEVERVS
EQ. PVBLIC. IOVI. OPTIMO
MAXIMO. DEDICAVIT. KAL. IVN
GERMANICO. CAESARE. ET. C. FONTEIO. CAPITONE
COS
Gudius ex Ligorio.

5 *Juvavii.*
cIↃ IↃ c xxiv. 4

I O M
VENVSTINVS
SVMM
SIGNVM
L. ARVB
CVLTORIBVS
CVM. BASI. DD
Gudius ex Ligorio.

6 *Romae juxta templum Societatis Jeſu, in ara quadrata, ſed fracta, in cujus medio Jupiter cum aliqua & fulmine.*

. . . .
. . . . . .
. . NO SANCT
. . . OPTVMO. MAXIM
. . LVTARI. IVSSV. EIV . .
LIBENS. DEDIT
MO DIVS. AG
Vidit Gudius.

7 *In tabella aerea.*
cIↃ cccc xlix. 4

TI. CLAVDIVS. TI. AVG. LIB
ERICA. PRAEGVSTATOR
AVG. N. IOVI. OPTIMO. MAX
VOT. SOL
Gudius ex Ligorio.

8 *Albae Juliae in Suburbio.*
IↃ cc xlviii. 3



Caesaris Aug. Vespas. servus a lapicidinis Agonal. circ. CXC. 4.

ADDITAMENTVM OCTAVI CAPITIS.

Lanarius. CCLXXIV. 8.

[Pfecas de porticu. CCXI. 2. Quae ſequuntur, ea praeponas velim his verbis. Adde, quod epiſtolae Salmaſii quingenteſima & ſexageſima nona pagina & cetera.] Quinetiam ſuperiore memoria Campanius quidam capillorum concinnator valde principibus feminis in Francia ac Polonia notus & cognitus, ſed fato neſcio quo in finibus Venetorum a Turcis captus, atque ut artifex callidus comendi Gynaeceo admotus, erepta parte illa corporis, qua quondam Achilles erat, praebuit materiem argutae hiſtoriae. Ejus rei mentio facta eſt in epiſtola Iſaaci Voſſii ad Nicolaum Heinſium duodeviceſima epiſtolarum utriuſque amoebaearum verbis his. *Verum nonne etiam elegia aliqua celebraſti jacturam nobilis iſtius capillorum ſtructoris Campanii nuper admodum in finibus Venetorum a Turcis capti, & inter regia regis Byzantini ſcorta emancipati, ut & officio eſſet Gallus, qui Gallus eſſet natalibus? Tumulum certe & epitaphium merentur partes illae, quibus olim, ut audio, multum valebat. Norunt hoc principes Galliae matronae, norunt Polonicae; & etiam nunc, poſtquam ipſe non unam ob cauſam factus eſt inteſtabilis, ſi velint, poterunt teſtari.* Et haec quidem per jocum. Sed ecce epiſtola Paulli du May ad Joſephum Scaligerum; quae eſt inter clariſſimorum & doctiſſimorum virorum epiſtolas, partim ex bibliotheca Leidenſi, partim aliunde depromptas, curante Petro Burmanno ſaepe laudato viro, CXXIII. in qua ſic ſcripſit: *Emendabam nuperrime Ulpiani I. C. verba ad l.* 49. item legato *de leg.* 3. Item mancipia alia, puellae, forte acus, queis comatas mulieres exornant: *evulgati codices ſuggerunt*, puellae fortaſſis, quas ſibi comatas mulieres exornant; *quae verba hoc modo reſtituit Jacobus Cujacius* X. *Obſ.* c. 16. queis ſibi comas mulieres exornant. *Caſtigatio noſtra, ut vides, verba legis veterii* [*veteris*, opinor] *antiqua ſerie contexta non immutat; ornatricibuſque* (*quae ibidem* puellae *vocantur*) *acus ſubnectit, quemadmodum ſuperiori parte dictae legis* lecticariis ſellam & burdones *I. C. addidit: nec mirum, quod acus, ſive, ut eſt in V. Gl. Iſidori, calamiſtratorium inter mancipia connumerentur, prius enim lecticariis lectita & ſella conjungitur.* & quae ſequuntur. Aegroto animo & occupato Scaligerum nihil reſpondiſſe video ad epiſtolicas quaeſtiones. Cujacianam autem correctionem tacite accepit Nicolaus Rigaltius in obſervationibus repetitae lectionis ad Tertulliani librum de cultu feminarum.]

ADDITAMENTVM NONI CAPITIS.

Conleg. fab. . . . . tignuariorum. CXL. 9.

ADDITAMENTVM DECIMI CAPITIS.

Aeliae Zamamae Regiae. CXXVIII. 6. [*Reineſii commentarium lege ad ſextae claſſis inſcriptionem* CXXII.]

Aerer. [Aeler. *Gud.*] XXXVI. 9.

Africae. CXL. 6.

Albani mon. V. 9.

Armin. CCLXXVI. 4. [*An Arminia Paphlagoniae?* Gud. in indice geographico. *Armine, vel potius Armene fuit urbis inſtar vicus Sinopenſium in Paphlagonia. Notas Thomae de Pinedo & Lucae Holſtenii & Abrahami Berkelii in Stephani Byzantii* Ἐθνικὰ *ſub vocabulo* Ἀρμήνη, *notas etiam Fredenandi Nonii Pintiani & Petri Ciacconii in Pomponii Melae de ſitu orbis librum primum ad caput undeviceſimum (ut omittam alios libros) lege.*]

Col. Aricom. Nemaus. Volca. Aug. XL. 2. [*Quum fuerit colonia Auguſta Volcarum Arecomicorum Nemauſus; aliter ordinatis verbis, me lubente, Vulcanus Auguſtus hinc abiret illuc. unde malum pedem tulerat.*]

Corogennatib. CCXLVIII. 8.

Corogennatibus. CCXLVIII. 8.

Cyteora. CCXII. 1. [Κυτίωρον *apud Ptolemaeum in lib.* V. Γεωγραφικῆς ὑφηγήσεως *cap.* VI. Κοτύωρα πληθυντικῶς *apud Xenophontem in lib.* V. Κύρου ἀναβάσεως, *& apud Arrianum in periplo Euxini ponti*; oppidum Cotyorum *apud Plinium in lib.* VI. *Naturalis hiſtoriae cap.* IIII. *invenies. Sic Scymnus Chius in fragmentis periegeſeos verſu* 177.

Ἀπὸ Κοτυώρα ἐως Ἅλυος πλησίον Πολεμωνίδ
Περῶην Τιβαρηνοὶ ἔχουσ' ἔθνος ὁμοχώριον,
& cetera.

Sic Stephanus Byzantius. Κοτυώρα χώρα πρὸς τῷ Πόντῳ, ὡς Ἀρριανός. Τὸ ἐθνικὸν Κοτυωρίτης, ὡς Ἄβδηρα Ἀβδηρίτης. *Et ſic Suidas.* Κοτυώρα πόλις Ἑλλὰς, Σινωπέων ἄποικος. καὶ οἱ πολῖται Κοτυωρῖται. ἢ νῦν πρὸς πολλοῖς Κύτωρα λεγομένη Κοτυωρῖται *a Xenophonte commemorantur. Haec fere ſunt a Cellario in Geographiae antiquae lib.* III. *cap.* VIII. *& ab interpretibus ſcriptorum, quos laudavi, natata. Eos oportet legas. Nummum* ΚΥΤΕΩΡΕΝΣΙΩΝ, *quem Ligorius teſtatus eſt habere ab una parte effigiem Imperatoris Hadriani, ab altera Dianae cum coryto & arcu, nuſquam alibi reperire queo. At nummos* ΚΥΤΩΡΙΩΝ *Holſtenius in notis ad Stephanum Byzantium* ἐν τῷ Κύτωρος, *& Harduinus in Nummis antiquis populorum & urbium illuſtratis, Goltzio laudato, memoravere. Ipſum vide.* Κολύωρος *& Κύλωρον eandem urbem eſſe putant quidam docti viri. Euſtathius in commentariis ad Homerum in Iliadis lib.* II. *ea loco bene diſtinxit. Hi Graeci Latinique auctores inter ſe conferendi ſunt: Homerus in lib.* II. *Iliadis vers.* 853. σχολιασὴς *ibi; Xenophon in lib.* V. Κύρου ἀναβάσεως; *Apollonius Rhodius in lib.* II. *Argonauticorum vers.* 944. σχολιασὴς *ibi, Strabo in lib.* XII. *Geogrophicorum pag.* 544. *&* 548. *in excerptis ex lib* XII. *Scylax Caryandaeus in periplo maris habitabilis Europae & Aſiae & Africae in Paphlagonia; Arrianus in periplo Euxini Ponti pag.* 15. *&* 17. *Marcianus Heracleotes Ponticus in periplo Paphlagoniae; Scymnus Chius in fragmentis periegeſeos verſu* 177. *anonymus in periplo Euxini Ponti pag.* 6. *&* 11. *Stephanus Byzantius* ἐν τῷ Κοτύωρα, *&* ἐν τῷ Κύτωρος; *Ptolemaeus in lib.* V. Γεωγραφικῆς ὑφηγήσεως *cap.* I. *&* VI. *Heſychius* ἐν τῷ Κύτωρος; *Suidas* ἐν τῷ Κοτύωρα; *Catullus in carmine* IIII. *Virgilius in lib.* II. *Georgicorum vers.* 437. *Servius ibi; Pomponius Mela in lib.* I. *de ſitu orbis in cap.* XVIIII. *Plinius in lib.* VI. *Naturalis hiſtoriae cap.* II. *&* IIII. *Solinus in Polyhiſtore cap.* XXXXIIII *Valerius Flaccus in lib.* V. *Argonauticorum vers* 106. *Vibius Sequeſter in libello de fluminibus, fontibus, lacubus, nemoribus, paludibus, montibus, gentibus, quorum meminerunt poetae, in montibus. Ad hos ſcriptores Graecos & Latinos explanationes adhibendae ſunt interpretum. Salmaſius ad Polyhiſtorem Solini* Cytoro *legit, non* Cythero, *in tabula Peutingerana. Abrahami Ortelii tabulam, in qua Pontus Euxinus eſt,* Cytorum & Cotyora *conſpicor habere. Eſt* XXVII. *tabula in Parergo. Eodem exemplo tabula reperitur in Georgii Hornii collectione, cui eſt titulus,* Accuratiſſima orbis antiqui delineatio. *Jacobi Cantellii*

tabu-

tabulam, in qua Minor Asia est, Cytorum & Cytorium, *ut pagos, habere video. Collocata est ista tabula in Nicolai Visscheri Atlante minore. Aeneas Silvius Piccolomineus, & Pius secundus hujus nominis Papa Romanus, memoravit in cosmographia in parte prima cap.* LI. Cutoras oppidum; *& cap.* LIII. *&* LV. Cytorum. *Tournefortius, ut habetur in Itinerario Minoris Asiae Gallice composito epistola* XVI. *&* XVII. *comitans Numan Cuperli* Βιζύηκω *sive* Παστὰν *a tribus caudis equinis, (ita vocant) & Ponticam oram legens Trapezuntem usque, de Cytoro facit mentionem. Ammianus Marcellinus in lib.* XXII. *cap.* VIII. *ubi super Thraciarum extimis, situque Pontici sinus visa vel lecta quaedam perspicua fide monstravit, non utriusque oppidi meminit.*]

Ditio. CLXIII. 5. [*Licet Holstenii adnotationes in Thesaurum geographicum Ortelii inspicere in vocabulo* Dasnones; *qui* Δικσίωνες *&* Δισίωνες, *non* Διτίωνες, *in margine libri septimi Geographicorum Strabonis ab Almeloveeno non ita pridem recensitorum dicti sunt.*]

Hypio. CXXXVIII. 2.

Ilerd. CLXII. 9.

Juvenat. CCXLVIII. 8.

Juvenates. CCXLVIII. 8. [*Apud Gruterum pag.* DCCXXIV. *loc.* 8. *& pag.* DCCCLXII. *loc.* 1. *vetus elogium est, quo* Iuvenates *memorantur. Illius elogii Bellasinum enarratorem laudat Zanchius in extremo libro tertio ad Bembum de Orobiorum sive Cenomanorum origine. Est Bellasini liber de origine & temporibus urbis Bergomi Venetiis editus anno* CIↃ IↃ XXXII. *Habet bibliotheca Bodleiana in Academia Oxoniensi librum. Non hic inspiciendi copia, quod sciam. Auctor* CIↃ IↃ XXXXIII. *anno mortem obiit: ut & alii docti viri, & Königius etiam in Bibliotheca vetere & nova refert.*]

Mun. Sass. CCCLXI. 9.

Narniatens. XC. 10. [*Videsis Holstenii adnotationes in Italiam antiquam Cluverii in pag.* 97.]

Norei.. CLXV. 5.

Olym. CXXXVIII. 2.

Phoeniciae. LXIX. 2. *& cetera. Adde. Sed aliter legitur inscriptio, de qua loquebar, in Itinerario Syriae & Libani montis Gallice compositio a Roqueo in tomo priore pag.* 16.]

Prusaenses ab Hypio. CXXXVIII. 2.

Prusais ab Olym. CXXXVIII. 2.

Sass. CCCLXI. 9.

Tylesius. XXIX. 1. [*A Telesia urbe Samnii, ut Ligorius voluit.*]

Veicentiae. CCCVI. 4.

ΙΕΤΩΝΑΙΩΣ. LIX. 3.

ΚερΚΥΡΑΙΩΝ. LIX. 3.

ΠΡΟΥΣΑΕΙΣ ΑΠΟ ΥΠΙΩ. CXXXVIII. 2.

ΥΠΙΩ. CXXXVIII. 2.

ADDITAMENTVM VNDECIMI CAPITIS.

Lapicidinis Agonal. circ. CXC. 4.

Lap. mil. [*Vide cap.* XVIII.]

ADDITAMENTVM DVODECIMI CAPITIS.

[*De tribubus Boiudini dissertationes tres inter Commentarios litterarios, Gallice compositos, & ex regestis Academiae regiae inscriptionum & litteraturae prolatos, in tomo I. S. V. legi possunt.*]

AELIA GALL. [*Vide* M. Aur. M. F. AELIA Gall. Vivinacius *in indice* XXIII.

ADDITAMENTVM QVARTIDECIMI CAPITIS.

Conjug. suae carissimae, cum qua vixit A. XXXIII. CCLXIX. 12.

Conjugi dulcissimo, cum quo vixit sine querela. CCLXII. 10.

Sanctissimae & pissimae feminae, quae vixit cum marito suo sine ulla querela ann. XXX. M. V. CCLXXVIII. 3.

Filis karissimis, qui deceperunt una unoq. lecto elati. CCXLVI. 1.

Matri optumae. CCLVII. 10.

Uxor. karissime. CLIV. 6.

. . . . arissimo pio. . . irabili bene. . . nti. CLV. 1.

ADDITAMENTVM QVINTIDECIMI CAPITIS.

De suuo fecerunt. CCCXXVII. 8.

Donatum a Marco Titenio Eutychete petitum refeci impensis [impendis *secundum exemplum Gudianae collectionis pro* impendiis.] meis. CCCL. 10.

Sub ascia dedicavit. *Post ea, quae sequuntur.* [*Et quidem licet adjicias Acta eruditorum publicata Lipsiae A.* CIↃ IↃ CCXXVIII. *Aliter aliterque explicatum est illud pag.* 245. *&* 270.]

Titul. pos. CCL. 10.

ADDITAMENTVM SEXTIDECIMI CAPITIS.

Perpetuae aeternitati. CCXLIV. 6.

Quod fas erat filium facere parentibus, morte immatura Q. Ser. & Sex. R. filio fecere parentes infelicissimi. CCXLIX. 2.

Crudelis invia [*F. l.* invida. *Kool.*] mater caris suis dulcissimis vet. Publio Potito *& reliqua.* CCXLVII. 2.

Te moneo, ut quis quem vicerit. occidit.
Colent manes amatores ipsius. CCXC. 1.

ΘΑΡCΕΙ. ΜΑΞΙΜΙΝΑ. *& cetera. Addi oportet in extremo. At apud illum pag.* CIↃ CXX. *loc.* 4. *non sunt sculpturae effigiesque, quas Mabillon exprimi curavit in Itinere Italico litterario pag.* 223. *Sed casum nescio quem significare videntur; & in medio Phaethon e curru praecipitatus, aliquo mirante ruinam; & utrimque duo juvenes cum equis spicula tenentes; & cetera, quae descripta sunt a laudato viro. P. Aelius Sabinus excidisse mihi nescio quibus ausis videtur. Quid enim aliud ibi vult Phaethontis fabula?*]

ADDITAMEMTVM SEPTIMIDECIMI CAPITIS.

Memoriae grat. P. CCLXXVI. 11.
H. dedicav. pro part. tertia. . . . . eum hydriae marmor. III. . . . comun. locaver. . . . . CCXCIV. 10.
[H. dicav. *ſcriptum in exemplo Gudiano reperi.*]

ADDITAMENTVM OCTAVIDECIMI CAPITIS.

Et ſub ſcala ollas VI. linia perpetua ad ſummu. ol. XVI. CCCXXXIX. 2.
Lapidem ſignin. . . . . LXX. 2.
Lap. mil. CCCLXXXVI. LXXII. 1.
Lap. XIII. LXXI. 3.
mill. N. XV. LXXII. 3.
Memoriae Juliae Lytoe virgin. inſanae. CCCXXIII. 12.
Miliaria. LXIX. 1. [*Quod ad lapides miliarios attinet : diſſertatio patris de Colonia ſuper columna miliaria Arelatenſi legenda eſt in libro Gallico, cujus eſt titulus*; Memoires pour l' hiſtoire des ſciences, & des beaux arts, *in tomo* II. *pag.* 282. *ſecundum editionem Amſtelodami iteratam. In ea columna legit,*

DE ARELATE MAſſiliam

& cetera. Eumenius in panegyrico qui Conſtantino Auguſto dictus eſt, in cap. XVIII. Tanto enim omnes impetu ferebantur, ut, quum illum, Arelate deſerto, comperiſſent abiiſſe Maſſiliam, confeſtim navibus evolarent; *& cetera. Ibi etiam eſt* Arelate Maſſiliam. *Videre oportet Menagium in Originibus linguae Gallicae ſub vocabulo* Arles. *Columna miliaria cum inſcriptione detecta menſe Januario A.* CIↃ IↃ CC III. *prope vicum, cui nomen eſt* Sacqueney, *apud abbatiam Bezae in Burgundia; explicata hiſtorice per Philibertum Bernardum Morcau de Mautour; legi debet in libro Gallico, cujus eſt titulus*; Memoires pour l'hiſtoire des ſciences, & des beaux arts, *in tomo* VIII. *pag.* 198. *Lapides duo miliarii legendi ſunt in notis Sirmondi in Sidonii propempticon ad libellum. Explicatio columnae miliariae prope Auguſtam Sueſſionum repertae legatur in Hiſtoria Academiae regiae inſcriptionum & litteraturae ſcripta Gallice in tomo* II. *pag.* 379. *De De columna miliaria prope Vicum ad Axonam in Sueſſionenſi reperta videndum eſt pag.* 383. *Elogium Fabii Brulart de Sillery Sueſſionenſis epiſcopi lege pag.* 519. *Animadverſiones in inſcriptionem de Tetrico filio legendae ſunt pag.* 387. *Reſtant Foro Seguſianorum quatuor lapides miliarii, qui ſervavere nomen Maximini filiique ejus: ut ait Meneſtrier in Hiſtoria Lugdunenſi ſcripta Gallice pag.* 136. *Videas ea, quae ſequuntur. Inventus eſt prope oppidulum Ucionem in pago Forenſi lapis miliarius cum inſcriptione; qui quamvis corruptus ſervarit nomina Maximinorum: ut ait idem Meneſtrier pag.* 139. *Lege cetera.*]
Monument. fecerunt, item uſtrinum circumſaeptum proſ. CCXXXIV. 1.
Qua aratrum ductum eſt. LXXXVI. 6.
Vias & miliaria per Q. Venidium Rufum leg. provinciae Phoeniciae praeſidem renovarunt. LXIX. 1.

ADDITAMENTVM DECIMINONI CAPITIS.

Arcoſinagogus *pro* archiſynagogus. CCLXIII. 5. *Poſt illa: nunc feſtinat librarius. Interim velim inſpicias Reineſii ſyntagma in clas.* XX. *loc.* CCCCXXXXIIII. *& Fabretti opus in cap. V. N.* XXXXIIII. *& loc.* 248. *& in cap.* VI. *loc.* 101.]
Brittania *pro* Britannia. CXX. 2. [*Gaſſendus refert in lib.* II. *de vita Peireſkii pag.* 97. *nummos ita inſcriptos eum Cottono deſcripſiſſe. Orthographiam Dauſquii ſecundo volumine, & Specimen philologiae numiſmatico- Latinae ſecundum, quod foras* [illegible] *dedit, cap.* 1. *vide.*]
Cheldeberti *pro* Childeberti. CCCLXVI. 5.
Dulcimae *pro* dulciſſimae. CCXXXV. 2.
Dulciſſime, que *pro* dulciſſimae, quae. CCXXXV. 12.
Ex decretum decurionum & populi *pro* ex decreto decurionum & populi. CCLXXII. 3.
Fabie *pro* Fabiae. CCXXXV. 12.
Lapicidinarius. CXL. 4.
Lapicidinis. CXC. 4. [*Sic & recte. Ergo male* lapidicina *ſcribitur vulgo.* Gud. *Conſulendi ſunt auctores orthographiae, Manutius, Dauſquius, Cellarius, Scharzfleiſchius.*]
Mertae *pro* Marthae. CCCLXX. 4. [*Sic opinor.*]
Nomina gemina. [*Ita Cyprianus epiſtolam, quae* LXVIIII. *eſt, inſcripſit Florentio.*

Cyprianus, qui & Thaſcius,
Florentio, cui & Pupiano,
fratri ſalutem.]

Gaius Junius Vitalis, qui & Babbius. CCLXXXVIII. 7.
Oriund. Reatae. *& cetera. Adnotationi ſubjungatur licet. Sigibertus in chronographia.* In Burgundi Odilo Arvernae oriundus ex clerico Bruiatenſi monachum profeſſus in Cluniacenſi coenobio poſt Maiolum praeficitur ipſi coenobio, *& cetera. Multo plura ejuſmodi apud ſcriptores eccleſiaſticos invenies.*]
Or. Veicentiae. CCCVI. 4.
Quatragies *pro* quadragies. CCCLXVI. 5.
Siirvo miirinti fiicit *pro* ſervo merenti fecit. CCCXLVII. 1.
Tulit autem ſecum annos XXXV. D. XIII. CCLXIV. 6.

ADDITAMENTVM VICESIMI CAPITIS.

D N A. Domina. CCCXLVII. 1.
D. S. De ſuo. CCLXXIV. 3.
P. C. Poſt conſulatum. CCCLXVI. 5.
T. P. CVR. Teſtamento poni curavit. CCLXXIV. 8.
Θ. Mortem ſignificat. Eſt autem Graeca littera, cui θῆτα nomen eſt. *Hoc Valerius Probus.* CCCXV. 4.

ADDITAMENTVM VICESIMIPRIMI CAPITIS.

[*Godefridi Peſchwitzii commentarius de Caeſarum domo in manus meas venit ſero. Eum Fabricius nuper retulit in volumen, quod inſcripſit:* Imp. Caes. Auguſti temporum notatio, genus, & ſcriptorum fragmenta. *Graevius in Theſauri antiquitatum Romanarum prooemio* VII. *membra quaedam Caeſareae domus diſtinxit, atque illuſtravit, adhibitis quibuſdam inſcriptionibus ex collectione Gudiana. Quae ſingulis tomis antiquitatum Romanarum prooemia ſunt addita, ſi neſcis, illa etiam inter Graevii praefationes & epiſtolas a Fabricio collectas editaſque habentur.*]

Imp. Domitianus. *Addi oportet. Inſcriptio quoque reperitur apud Reineſium in clas.* XI. N. III. *ut notavit Koolius. Atqui ſic invenitur apud Gudium pag.* CXXIII. *loc.* 5.

L. ARRVNTIO
SEMPRONIO
ASCLEPIADI
IMP. DOMITIANI
MEDICO T. F. L.
IN FRONTE P. XX. IN AGR. P. XX.
Ibidem.

Supra autem loc. 4.

In via Nomentana prope D. Agneſis [Agnetis] aedem.]

Getae nomen eraſum. *& cetera. Adde. Quin etiam legendus tibi eſt Fontaninus de antiquitatibus Hortae in lib.* I. *cap.* III.]

ADDITAMENTVM VICESIMISECVNDI CAPITIS.

Poſt illa, Gudianis uſus eſt. Adhuc, quos habet Corpus hiſtoricum medii aevi editum a Joanne Georgio Eccardo in tomo I. *faſti conſulares conferendi ſunt.*]

Bradua & Varus. *Poſt illa, Gudii & Fabretti confer nunc exempla. Vide etiam Sponii Miſcellanea eruditae antiquitatis pag.* 107. *& inſcriptiones, quae ſequuntur Apotheoſin Homeri, & cetera, expoſitas a Cupero pag.* 267. *De reliquo, ſic habet inſcriptio arae nuper in Gallia Lugduni repertae,*

APP· ANNIO· ATILIO· BRADVA· T· CLOD· VIBIO
VARO· COS·

Claudii Gros de Boze explicationem inſcriptionis vide. Invenitur haec inter Commentarios litterarios, Gallice compoſitos, & ex regeſtis Academiae regiae inſcriptionum & litteraturae prolatos, in tomo II. *parte* II. *ſive in tomo* IIII. *Hadrianus noſter Relandus in faſtis conſularibus delegavit ad volumen libri Gallici, cui titulus eſt;* Memoires pour l'hiſtoire des ſciences, & des beaux arts.]

Annius Verus III. & Egius Amibulus. [*Invenitur*
Annio Vero III. & Egio Amibulo coſs.
in inſcriptione, quae eſt in appendice praefationis inter monumenta libertorum & ſervorum domus Auguſti, quae nuper detecta ſunt, loc. LXXXVI.

DEDICA
V· K· OCT· VERO· III ET· AMBIBVLO COS
in inſcriptione, quae eſt apud Fabrettum in cap VI. N. VII. *pag.* 446.

VERO III Ɇ ANBIBVL
COS
in cap. eodem N. VIII.

VERO III Ɇ AMBIBO
COS
in cap. eodem N. VIIII.

VERO· III· ET· ANBIBL
COS
in cap. eodem N. X.

VERO III Ɇ AMBIB COS
in cap. eodem N. 54. *pag.* 447.

VERO III ET AMBIBVL COS
in cap. eodem N. 55.

Vero III. & Ambigulo.
in Faſtis conſularibus Idatianis a Labbaeo editis;
Ambiguo.
in notis;
Vero III. & Ambibulo.
in Faſtis conſularibus anonymi a Noriſio editis;
Vero III Ambibulo.
in Faſtis conſularibus iiſdem ab Eccardo editis;
Vero, Ambigolo.
in catalogo conſulum Romanorum ab eodem Eccardo edito;
Serus, (Verus, *legendum.*) Ambiguus
in Faſtis conſularibus Oxonienſibus ab Hadriano Relando editis;
Verus & Ambiguus.
in chronico Caſſiodori;
Vero & Ambiguo.
in chronico Proſperi;
Natus autem Kal. Auguſtis, Vero & Bibulo coſs.
apud Julium Capitolinum in vita Pertinacis cap. XV.
Coſs. Vero & Ambiguo Bibulo.
in notis Caſauboni. Atque haec quidem ſic. Noriſii epiſtolam ad Pagium ſcriptam, & a Fabretto loco quo ſupra, & ab Almeloveeno in Faſtis conſularibus laudatam, legas cenſeo. Haec habetur etiam in Graevii Theſauro antiquitatum Romanarum tomo XI. *De Eggio Marullo inſpici poſſunt Relandorum Faſti conſulares anno Urbis* 936. *Domini* 184.]

Imp. Veſpaſianus Aug. III. & T. Caeſar III *& cetera. Sub finem adnotationis ſubjicio quod vetus interpres Statii, ſicut notavit Barthius, ad Thebaid. lib.* VIIII. *vers.* 377. *adſcripſit.* Ariſtoteles dicit poſt certa annorum millia & Nymfas & Faunos perire, quia commiſtione mortalium provenerunt.]

ADDITAMENTVM VICESIMITERTII CAPITIS.

Amymone Marci. *& cetera. Adnotationi ſubjungendum. Etiam quae Elſner in obſervationibus notavit in epiſtolam S. Paulli ad Titum in cap.* II. *vers.* 5. *legi poſſunt.*]

C. Avillius C. F. SCA. Severus. *& cetera. Addi oportet. Non eſt praetereundum exemplar, quod habetur in collectione Gudii pag.* 10 CCCLV. *loc.* 6.

C. AVILLIVS
C. F. SCA.
SEVERVS
FAESVLIS
MIL. COH. III. PR
7. PAVLLINI
MIL. ANN. V.
VIX. ANN. XXV.
H. P. C.

Ibi ſubſcriptum eſt.
Romae in aedibus Deſiderii Mahgorii in Campo Martio in arula.
Holſtenius in adnotationibus in Theſaurum geographicum Ortelii in τῷ Ferſulae *Faeſulas intelligi voluit. Nam illud de* Ferſulis, *ſi ita eſt, fabrile erratum puto. Non fuit oppidum eo nomine, quod ſciam.*]

Aulia Laodice. *& cetera. Adde. Legitur in exemplo Gudiano pag.* 10. *loc.* 1.

D. M
AVLIAE. LAODICES

Reliqua conveniunt. Ibi ſubſcriptum eſt.
Romae in hortis Juſtinianis in ara l. m. ae.]

Aurelia. *& cetera. Adde etiam illud. Habet ex Grutero Fabrett.* VIII. 159. 576. Kool. *Quod ad exemplar attinet Gudianum, hujuſcemodi eſt pag.* MXL. *loc.* 2.

AVRELIAE ANIMAE. DVL. QVAE
VIXIT. IN. PACE. ANNIS. IIII. MENSIB
VI. DIEB. XXIIII. AVRELIVS. ET. PRIMA
PARENTES. FILIAE. DVLCISSIMAE. FECER.

Ibi ſubſcriptum eſt.
Aquileiae in eccles. S. Felicis. Cod. p. 135. b. 8.]

Aurelia Fortunata. *& cetera. Addi oportet. Inſcriptio apud Gudium pag.* 10 CCC LXXXVIII. *loc.* 4. *ſic invenitur.*

AVRELIA. FORTVNATA
SIBI. ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQ.
SVIS. POSTERISQ. EORVM
ET. T. CAESIO. ATIMETO
CONIVGI. OPTIMO EIVS
LIBERTIS. LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. EORVM

Ibi ſubſcriptum eſt.
Trans Tiberim in horto de Paparonis.]

Aurelia Prima. *& cetera. Adde etiam illud. Choir. p.* 35. Graev. *Eſt Chorieri liber Gallice confectus de antiquitatibus Viennae. Eum librum a Graevio indicatum eſſe puto. Non habeo, ſed habuit Graevius: nam eſt in catalogo librorum ejus pag.* 255. *N.* 36. *Exemplar autem inſcriptionis apud Gudium pag.* 10 CCXVII. *loc.* 1. *eſt hoc eodem modo, niſi quod ſine ornamentis.*

AVRELIAE. PRIMAE
ſic.
D L. VIBRIVS. EVTICHES M
IIIIII. VIR. AVGVSTAL
CONIVGI. SANCTISSIMAE

Ibi ſubſcriptum eſt.
Viennae in oſſuario ante fores templi D. Severi. Vidit P. F. Cliffl.]

Aurelius Abaſcantus. *& cetera. Adde. In collectione Gudii pag.* CCCXII. *loc.* 3. *principium inſcriptionis ſic ſcriptum eſt.*

D. SOMNO. ETERNALI. M

Reliquum inſcriptionis convenit. Subſcriptio talis eſt.
In mon. liberor. Ead. T. p. 10CCCXLIII. 1.]

Aurelius Camanda. *& cetera. Adde. Hujus exemplar tale eſt apud Gudium pag.* LXXIIII. *loc.* 5.

D. M.
MEMORIA
FILI
AVRELI
CAMANDAE
PRINCIPIS . PARTIVM
BAQVATIVM
QVI. VIXIT
AN. XVI

Aurelius Demetrius. *& cetera. Adde. Fragmentum eſt hujuſmodi apud Gudium pag.* 10 CC XI. *loc.* 4.

ET. MEMORIAE. AVRELI. DEMETRI. ADIVTORI
PROC. CIVITATIS. SENONVM. ET
CIVITATIS. ÆDVORVM

Ibi ſubſcriptum eſt.
Antiſſiodori ex ſchedis Jacobi Auguſti Chevanei.]

Aur. Marcellus Democarius. *& cetera. Adde. Si quaeris hujus inſcriptionis exemplar Gudianum, id tale eſt pag.* 10C LXVII. *loc.* 3.

D M
AVR MARCELLO DE
MOCARIO AVRELII DE
MOCHARIVS ET VIC
TORIA ORBATI HOC
FILIO MELLE DVLCIORI
QVI VIXIT ANNIS
TRIBVS MENSES
DVO DIES XXVI FECERVNT

Ibi ſubſcriptum eſt.
Ibidem [Romae] in monte Aventino juxta aedem ſtae Sabinae.]

Aurelius Marinus. *& cetera. Adde. Exemplar inſcriptionis Gudianum tale eſt pag.* 10VII. *loc.* 5.

AVRELIVS
MARINVS
V. PRAT
S. R

Ibi ſubſcriptum eſt.
Ibid. in cippo litt. aevi Gordiani. Non eſt in Grut. ſed alia eſt iſtius M. Aurelii Marini.
Supra autem loc. 1.
Romae in hortis Juſtinianis *& cetera.*
M. Aurelius Marinus legitur in inſcriptione, quae eſt apud Gruterum pag. CIOXIII. *loc.* 10. *Ceterum de* V. P. RAT. S. R. *videas inſcriptionem, quae apud Gruterum pag.* CCLXXXII. *loc.* 6. *eſt; ibique notata: nec non etiam Fabretti explicationem inſcriptionum pag.* 36. *&* 279. *Omitto alios.*]

L. Aurel. Vic. . . . *& cetera. Adde. Si quaeris hujus inſcriptionis exemplum Gudianum, id ejuſmodi eſt pag.* CCC LXXXVIIII. *loc.* 3.

D ....
L. AVREL. VIC. . . . .
AEL. MVRS. . VIX. . .
XV. I. M. AN. XII. EQ. C . .
AVG. IB. TRIB. TVR. IIII
PAEL. VICTOR. DEC. EQ. SI
IMP. N. ET. M. VLPIVS. SILVINYS
HERED. AMICO. OPTIMO
FACIEND. CVRAVER

Ibi ſubſcriptum eſt.

Ibid. ſupra equum.

Supra autem loc. 1.

Romae in palatio pontificio Quirinali.]

M. Aurelius Aug. L. Euprepes. *& cetera. Adde. Inſcriptio altera talis eſt apud Gudium pag.* CCCCVIIII. *loc.* 1.

NVMINI. INVICTO
SOLI. MITHRAE
M. AVRELIVS. AVG. L
ſic.
EVPREPES. VNA. CVI
FILIS. SVIS. D. D
SACERDOTE. CALPVRNIO
IANVARIO. DEDICATA
VII. KAL. MAIAS. IMP
A° v. 947. L. SEPTIMIO. SEVERO. PERTIN. II
Hic eraſum alterius cons. nomen. II
CoS

Subſcriptio.

Romae in hortis Juſtiniani ad portam Flaminiam. Reineſius in epiſt. amoebaeis eam exhibet & explicat p. 509. & 513. ſed perperam putat legi EVPRES contra ſcripturam lapidis. Deinde idem eſt M. Aurelius Euprepes, qui ſequentem titulum eidem numini poſuit, quem & Reineſius habuit.

Adſcriptio in margine.

M. Aurelius Euprepes, qui in duabus hiſce inſcriptionibus occurrit, & corrupte in ſchedis Petri Servii Eurrides, & Eupres Ruperto & Reineſio deſcriptus fuit, eſt idem ille famoſus circiſſarius ſeu auriga, quem, quum 732. coronas meruiſſet, ſenem occidit M. Anton. Carac. Dio.

Inſcriptio altera talis eſt apud Gudium pag. CCCCVIIII *loc.* 2.

M. AVRELIVS
AVG. LIB. EVPREPES
SOLI. INVICTO. MI
THRAE. ARAM
EX. VISO. POSVIT
PROSIDENTIBVS. BI
T. IA quum deeſſent vitio deſcriptoris apud Reineneſium, putabat ille integram lineam excidiſſe. Male. CTORINO. PATRE. ET. T. IA
NVARIO. DEDICATA
IIII. NON. IVNIAS. L. EGGI
O. MARVLLO. ET. GN. PAPI A° Vib. 936.
RIO. ALLIANO. COS

Subſcriptio.

Romae in iiſdem hortis in arula. Vid. Reines. pag. 509. 513.

Inſpice Relandorum Faſtos conſulares anno Urbis 946. *Domini* 194. *& anno Urbis* 936. *Domini* 184. *Invenitur in Faſtis conſularibus ab Eccardo editis;*

Severo II. Bino.

& in catalogo conſulum Romanorum ab eodem Eccardo edito;

Severo, Albino.

& in vetere conſulum Romanorum catalogo ab eodem Eccardo edito;

Severo, Albino.

Invenitur in Faſtis conſularibus ab Eccardo editis;

Marulo, Eliano.

& in catalogo conſulum Romanorum ab eodem Eccardo edito;

Manilo, Aeliano.

In vetere conſulum Romanorum catalogo ab eodem Eccardo edito ſeries turbatior eſt:

Mamertino & Ruffo & Victorino.
Commodo IV. Aemiliano.
Marulo, Glabrione.

Ordinem immuta. Fac ſic:

Mamertino & Ruffo.
Commodo IV. & Victorino.
Marulo, Aemiliano.

Accommodanda ſunt iſtaec ad ceteros faſtos conſulares. Quam vellem, Noriſius illud opus efficere & navare potuiſſet, cujus ſpem praebuit in diſſertatione ſuper anonymi Faſtis conſularibus non longe a principio.]

ADDITAMENTVM VICESIMIQVARTI CAPITIS.

Puellae dei. *& cetera. Adnotationi ſubjungatur licet. Idem in epiſtola quadam de vitando ſuſpecto contubernio.* Ubi non luxuria in puella dei, ſed duritia carpitur; crudelitas iſta pietas eſt. *Idem in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum & ſacerdotum.* Omnes puellas & virgines Chriſti, aut aequaliter ignora, aut aequaliter dilige. *Idem in epiſtola ad Laetam de inſtitutione filiae.* Ut virginem dei (Chriſti *in editione ſelectarum epiſtolarum eſt.*) in ſuo gremio nutriret ſenex? *Et ſic deinceps in eadem epiſtola, & plurifariam. Idem in epiſtola ad Demetriadem de ſervanda virginitate quam ſaepe ejuſmodi verbis uſus eſt. Sigebertus in chronographia.* Paulla Romae praeponens Bethlehem ibi cum filia Euſtochio ancillatur Chriſto, *& cetera. Idem.* Virgo dei Brigida obiit in Scotia. *Idem.* Virgo Chriſti Fara claret in Francia, *& cetera. Idem.* Doda mater ipſius Clodulfi Treveris incluſa Chriſto ancillatur, *& cetera. Idem.* Virgo Chriſti Reginulfa ſanctitate claret in Gallia. *Apud ceteros quoque ſcriptores eccleſiaſticos talia reperiuntur.*]



Tales in monumentis veteribus inſignitae notae Chriſtianitatis apparent. Euſebius de vita Conſtantini lib. 1. *cap.* XXXI. *ubi loquitur de labaro.* καθ' ὃν τῆς σωτηρίας ἐπηγορείας τὸ σύμβολον, διὰ δύο στοιχείων τὸ Χριστοῦ σημαδηλοῦντα ὄνομα διὰ τῶν πρώτων ὑπεσήμαινον χαρακτήρων, χιαζομένου τοῦ Ρ κατὰ τὸ μεσαίτατον. *Et Lactantius de mortibus perſecutorum cap.* XXXXIIII. Commonitus eſt in quiete Conſtantinus, ut caeleſte ſignum dei notaret in ſcutis, atque ita proelium committeret. Fecit, ut juſſus eſt; & tranſverſa x littera, ſummo capite circumflexo, Chriſtum in ſcutis notat. *Ibi Cuperum Cellariumque & interpretes alios vide. Gemmas & lapides & nummos & alia his Chriſti nominis & crucis ſymbolis inſignibant Chriſtiani, quos Chriſticolas & crucicolas vocabant gentiles: etſi illis ejuſmodi σημεῖα non eſſent inviſitata ac nova. Nonnulli has tamquam martyrii notas peridicule interpretantur PRO CHRISTO. Nolint alte-*

rum me Vigilantium hoc ob dictum putare. De his autem Christianismi notis commentati sunt; Aringhus in Roma subterranea lib. VI. *cap.* XXII. *&* XXIII. *& etiam locis pluribus; & Ciampinus in synopsi historica de sacris aedificiis a Constantino Magno constructis in cap.* VII. *& Fabrettus in explicatione inscriptionum antiquarum cap.* VIII *& Fabricius in Bibliotheca Graeca lib.* V. *cap.* III. *& Franzenius de funeribus veterum Christianorum in lib.* IIII. *cap.* III. *& Gorlaeus in Dactyliothecae parte priore loc.* 184. *&* 211. *& in ejusdem parte posteriore loc.* 184. *& Gronovius in explicationibus; & Begerus in contemplatione gemmarum quarumdam Dactyliothecae Gorlaei pag.* 32. *& Hekelius in epistolis duabus de duobus nummis Constantini Magni in pag.* 10. *& Licetus de lucernis antiquorum reconditis in lib.* VI. *cap.* XXXXVIII. *& locis aliis; & Lipsius de cruce in lib.* III. *cap.* XV. *&* XVI. *& in notis; & Lydius in syntagmate sacro de re militari in lib.* III. *cap.* VII. *& Maximilianus Misson in Itinerario Italiae Gallice composito in epist.* XXVI. I. *& Josephus Addisson in Animadversionibus in quosdam Italiae locos in pag.* 226. *secundum Gallicam interpretationem; & Claudius du Molinet in notis ad Stephanum Tornacensem in epist.* XXXV. *& Joannes Nicolai in tractatu de siglis veterum in cap.* XXXII. *& Oudaanus in libro, qui est Belgico sermone confectus, & inscriptus* Roomsche mogentheid, *id est,* Romana potentia, *in principio dialogi* VII. *& Pamelius in adnotationibus ad Tertullianum in apologetico cap.* XVI. *& Patinus in Imperatorum Romanorum numismatibus ex aere mediae & minimae formae descriptis & enarratis in pag.* 378. *& Eucharius Gottlieb Rink (ita in Anselmi Banduri Bibliotheca nummaria est nominatus) in lucubratione de veteris numismatis potentia & qualitate in cap.* XVIII. *& Sagittarius in libro singulari de januis veterum in cap.* XXVIII. (*habetur etiam in Graevii Thesauro antiquitatum Romanarum tomo* VI.) *& Smetius in Antiquitatibus Neomagensibus pag.* 62. *& Stewechius in commentario ad Vegetium in lib.* II. *cap.* XVIII. *& in lib.* III. *cap.* XVII. *& Teschenmacherus in annalibus Cliviae & finitimarum civitatum pag.* 80. *& Dithmarus in adnotationibus; & Academici Galli in Historia Academiae regiae inscriptionum & litteraturae scripta Gallice in tomo* II. *pag.* 394. *de inscriptione Burdigalae reperta. Invenitur in Bibliotheca Cuperana pag.* 194. *N.* 256. *inter cetera:* B. Menckenius de monogrammate Christi. *Nondum habeo.*



χρήσιμον quoque fuit eadem specie: de qua nota Scaliger in animadversionibus in chronica Eusebii & Hieronymi in pag. 120 *& idem Scaliger in notis ad Varronem de re rustica in lib.* I. *cap* LVIIII. *& Casaubonus & Menagius in adnotationibus ad Diogenem Laertium in lib.* III. *segm.* 66. *& vir doctus in animadversionibus in libros Portae de occultis litterarum notis ad pag.* 7. *& Carolus du Fresne in glossario mediae & infimae Graecitatis in tomo* II. *in notis sententiarum; & Bernardus de Montfaucon in Palaeographia Graeca lib.* V. *cap.* V. *consulatur. Julianus, sicut Joannes Saresberiensis de nugis curialium lib.* VIII. *cap.* XXI. *quoque refert,* studuit ad priscum schema reformare illud signum sublimius Romanorum, quod Constantinus in formam crucis mutaverat. *Beda in libro de metrica ratione ait:* Nam X & P propter nomen Christi; A & Ω propter auctoritatem dominici sermonis: Ego sum A & Ω.]

ALTERVM ADDITAMENTVM QVARTI CAPITIS.

Taurobolium. *& cetera. Addi oportet in extremo. Legenda est etiam Philippi a Turre explicatio inscriptionis Lugdunensis de taurobolio in Novo thesauro antiquitatum Romanarum ab Alberto Henrico de Sallengre edito in tomo* III. *loc.* X. *Inspicienda est quoque editoris praefatio. Legenda est etiam Historia Academiae ejusdem scripta Gallice in tomo* III. *pag.* 441. *de inscriptione, quae est Tini in Delphinatu. Adde, si vis,* VI. *Ephemeridem eruditorum* (Le Journal des sçavans *Gallice inscribitur*) *A.* CIↃ IↃ CCIII. *&* XVIIII. *A.* CIↃ IↃ CCV.]

ALTERVM ADDITAMEMTVM DECIMI CAPITIS.

Setia. CCCX. 2.

ALTERVM ADDITAMENTVM OCTAVIDECIMI CAPITIS.

Post illa verba, sub vocabulo Arles. *Inspicias quoque Gruteri corpus repetitae editionis in pag.* CLIX. *loc.* 8. *& Ottonis librum singularem de tutela viarum publicarum in parte* II. *cap.* VII.]

HAEC DELEANTVR.

Pag. II. Genio simil. familiae. XXXIV. 8. [*Id pro non scripto habendum est in indice primo.*]

Pag. VI. coloniae Helviae Ricinnae. CXXVII. 3. [*Hoc pro non scripto sit in indice tertio.*]
municip. Kalen. CI. 1. [*Hoc item.*]

Pag. VIIII. viarum Mesiae & Setiae Compitianae. LVII. 1. [*Hoc ex indice quinto Koolii editum dele. Nam Ligorius lapidem deae sementis deaeque messis in territorio Compitiano dedicatum esse adnotavit.*]

NOTAE
IOANNIS KOOLII
ET
FRANCISCI HESSELII
IN HOC CORPVS INSCRIPTIONVM.

IOVI. O. M. & cetera. III. 1. [Miſcellanea eruditae antiquitatis opus Sponii lege pag. 86.]

Jovi optumo max. Dolicheno. III. 7. [Lucas Holſtenius hac inſcriptione paullo ſecus in notis & caſtigationibus in Stephani Byzantii Ἐθνικὰ in vocabulo Δολιχὴ uſus eſt.]

VI. 2. *Jovi* IVCO. f. l. IVGO, ut Juno vocatur Jugalis. Gruter. XXIV. 15. *Kool.*

Jovi Victori & cetera. VII. 8. [Inſcriptio quoque eſt apud Gruterum pag. XXIII. loc. 9. Alter conſulum Gallus cum multis nominibus cernitur bipartito,

TREBONIVS. GALLVS. COS

&,

APPIO. ANNIO. M. ATI. .

Ea enim nomina ſunt apud eundem Gruterum loc. 7. ſimul junctim poſita:

APPIO. ANNIO. TREBONIO. GALLO
M. ATILIO. METILIO. BRADVA. CoS

& pag. LXV. loc. 7.

APPIO. ANNIO. TREBONIANO. GALLO
M. ATILIO. METELLO. BRADVA
COS

& pag. MLXXXII. loc. 15.

AP. ANNIO. GALLO. M. ATILIO. BRADVA. COS

Mihi vero minus illa bipartita placent.]

Junoni Regin. & cetera. XII. 8. [Sponius hanc inſcriptionem in Miſcellanea eruditae antiquitatis retulit. Vide pag. 274.]

XIV. 6. Adde Gruter. CCLXXXII. 3. ex quo lapide illud *Amplificator urbis Romae* huc intruſum videtur. *Kool.*

XXI. 5. Conſervatricis ludionum matutinorum (ita enim leg.) *Kool.*

XXII. 5. Qui hanc cum Reineſio communicavit, parum diligenter marmor obſervaſſe mihi videtur; ſtudioſe quidem verba lapidi inſculpta notavit, verum quae adpicta erant, plane neglexit, quae ſi addita fuiſſent, uberrimam materiam eruditiſſimo Reineſio ſuppeditaſſent plurima ex ipſis antiquitatis penetralibus hauſta adnotandi. Nimirum praeter litteras auris humanae figuram eidem capitello adpoſitam fuiſſe notat doctiſſimus Gudius. Unde facile conjicimus ISIDI SALVTARI, quae ſanitati praeeſſe credebatur, votum hoc factum eſſe, & more apud gentiles recepto male affectum corporis membrum aurem, a cujus vitio ſe liberatum credebat EDIAS, marmori adpoſitam fuiſſe. Multa talia vota ex Thomaſino & cimeliis congeſſit Fabrettus C. VI. pag. 471. quem docte de iis diſputantem vide. *Kool.*

XXIV. 2. *Patronus munic. & colon. Caſin. munic.* IIII. *vir quinq.* Patronus municipii & coloniae Caſini, municipii quatuorvir quinquennalis. *Kool.*

XXVI 5. Adde XVII. 3. & XLIV. 4. & CCII. 1. An per clientes Auguſti intelligendi pueri Caeſaris? Vide Reines. IX. 34. & quae iſtic notavit. *Kool.*

XXVI. 7. DIANAE TRIFATINAE TRIVIAE. Duo prorſus notatu digna hic Dianae cognomina reperiuntur; unum huic ſimile habet Reineſius VI. 91. ex quo noſtrum corrigendum eſſe docet Vell. Paterc. II. 25. & leg. TIFATINAE, quae lectio Velleiana ſi proba ſit, noſtra inſcriptio emendanda. Alterum cognomen TRIVIAE, nec Gruterus, nec Reineſius, ſed revera non minus rarum, quam elegans; deſumptum enim eſt ab expoſitione hujus Deae in trivium. V. plura, quae notavi ad Luciani Dialog. Diogenis & Pollucis. Apul. in Apol. p. 295. edit. Pric. *Manium potens Trivia.* Vide quoq. Baccium de Thermis in Theſauro Antiq. R. pag. 300. Diana vocatur Trivia a Catullo Ep. 35. uti & ab Ovidio Triſt. IV. 4. 73. Ut autem conſtet Ovid. de Diana loqui, adde V. 64. ejuſd. elegiae. Iterum Triviam vocat id. de Ponto III. 2. 71. Cur Trivia dicta, mire diſputat Varro de L. L. VI. p. m. 76. Hecates Dianae, quae eadem, quae Luna, ſacra in triviis celebrata. Virg. Aen. IV. 609. *Kool.*

Dianae Trifatinae Triviae ſacrum. XXVI. 7. [Ecce aliud non diſſimile ſuperiori apud Holſtenium in adnotationibus in Italiam antiquam Cluverii ad paginam 1179.

DIANAE TRIVIAE TIFATINAE SACRVM

Haec, atque item alia multa iſtiuſmodi inſcripta, quae in Tifatis erant Ad Dianam, (id eſt loco nomen) atque in ea vicinitate, Camillum Peregrinum exiſtimo in commentarium de Campania, quod prae manibus non eſt, retuliſſe. At Trifanum (inter Sinueſſam Minturnaſque is locus eſt, ut ait Livius lib. VIII. cap. XI.) nihil ad Dianam.]

Opiter. XXVI. 9. [Forte leg. *opt. trib.* ut in 3. *Graev.* Eſt illa inſcriptio, quam Graevius reſpexit, pag. CLI. loc. 3.]

Patrum & liberum clienſium. XXVII. 8. [*Patrum & liberum clientium* in ſimili inſcriptione, quam Gruterus pag. LXVIII. loc. 3. edidit, legitur].

Dianae & cetera. XXIX. 2. [Gudius in notis ad Phaedrum in libro I. fabula XI. verſu 5. legendus eſt.]

XXX. 1. V. Caſaubonum ad Perſii ſatyram ſextam. *Kool.*

Clivum Aric. XXX. 1. [Hunc Perſius non vocavit clivum Virbium, ut ex Italico Ligorii in Latinum Koolius inter cetera illud convertit; ſed clivum Virbii. Ait enim in ſatyra VI.

accedo Bovillas,
Clivumque ad VirbI.

Nec ille, qui σχολιαστὴς uſurpatur, obſcure locutus eſt hoc quidem loco. *Quatuor millibus*, ſicut vetus grammaticus adnotavit, *ab Urbe eſt Virbii clivus, qua iter eſt ad Ariciam, & ad nemus Dianae, ubi Virbius colitur, id eſt, Hippolytus, quod bis in vitam prolatus ſit. Nota autem*

autem apud Virgilium fabula eſt. Virbium clivum memoravit Livius in primo libro, clivum Urbium Solinus in primo capite. Orbius clivus Feſto videtur appellatus eſſe ab orbibus: particulam iſtam omnem lege. Eorum exempla variant. Reperies illic etiam Urbum, Urbicum, Urbicium, Olbium: tanta eſt variantia lectionum. At vero Servius Tullius Eſquiliis habitavit ſupra clivum, ſive Virbium placet, ſive Urbium, ſive Orbium. Ergo is, quem Virbium nominatum quidam volunt, clivus a clivo Virbii, ſive Aricino clivo totus diverſus eſt. Haec autem antiquus ſatyrarum Juvenalis enarrator adnotavit ad illos ſatyrae IIII. verſus:

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes,
Blandaque devexae jactaret baſia rhedae.

Qui ad portam, inquit, *Aricinam, ſive ad clivum mendicaret inter Judaeos, qui ad Ariciam tranſierant ex Urbe miſſi. Qui caecus*, inquit, *rhedae ferenti mulieres, inclinatae & per clivum deſcendenti, oſcula jactaret.* Niſi vero ſi quis eſt, qui clivum Aricinum Martiali bis dictum in epigrammatis; quem eundem poetico more clivum Virbii ſupra nuncupavit Perſius; ex quatuor millium intervallo pertinuiſſe ad Urbem, vel potius ad Eſquilias autumet perperam. Quid, quod Kircherus legit in grammatici veteris adnotamento: *Quatuordecim millibus ab Urbe eſt Virbii clivus*, & cetera: ad numerum quaternarium denario numero neſcio unde addito. Erat Bovillas inter Ariciamque Virbii clivus; ita Merula poſuit in 837. pagina coſmographiae. Ejus clivi ſitum ex intervallis locorum notare poſſumus; quorum tamen intervallorum varia enumeratio reperitur. De Aricia mox, nunc de Bovillis videamus. *Bovillae ſunt*, inquit enarrator Perſii, *vicus ad undecimum lapidem Appiae viae:* & cetera. Habetur hoc in itinerario provinciarum Antonini Auguſti.

ITEM AB VRBE APPIA
Recto itinere ad Columnam M. P. CCCCLII. *ſic.*
Aricia M. P. XVI.

Ita habet anni cIↃ IↃ XXXVIIII. editio Lugdunenſis.

APPIA
AB VRBE *recto itinere ad*
Columnam M. P. CCCCLV. 492. *ſic.*
Aricia M. P. XVI.

Ita habet anni cIↃ IↃ LXXV. editio Baſilienſis. Horatius lib. I. Serm.

Egreſſum magna me accepit Aricia Roma
Hoſpitio modico.

ubi Acron: *Aricia.*] *civitas, quae abeſt ab Urbe decem millia paſſuum.* & vetus interpres, quem Cruquius edidit: *Aricia.*] *civitas in via Appia abeſt ab Urbe viginti millia paſſuum.* Strabo in geographicorum lib. V. Μετὰ δὲ τὸ Αλβάνον Αρίκια ἐπὶ πόλις ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Αππίᾳ· σάδιοι δ' εἰσὶν ἀπὸ τῆς Ρώμης ρξ, κοῖλος δ' ἐστὶν ὁ τόπος, ἔχει δ' ὅμως ἐρυμνὴν ἄκραν. Dionyſius Halicarnaſſeus in Romanarum antiquitatum lib. VI. ad mentionem πόλεως Αρικείας addidit: ἣ διέχει σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι τῆς Ρώμης. Philoſtratus in libro de vita Apollonii Tyanaei IIII. Στάδια δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀπέχων ἐντυγχάνει Φιλολάῳ τῷ Κιτιεῖ κατὰ τὸ νέμος τὸ ἐν τῇ Αρικείᾳ. Lucanus in VI. Pharſaliae libro:

Ac tantum ſepti vallo ſibi vindicat agri,
Parva Mycenaeae quantum ſacrata Dianae
Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma:
Quoque modo terrae praelapſus moenia Tibris
In mare deſcendit, ſi nuſquam torqueat amnem.

Ibi vetus interpres ab Oudendorpio editus: *Diſtat*] *i. e. incluſus tantum loci occupavit, ut ſedecim millia teneret. Tantum enim Aricia diſtat a Roma.* Martialis in epigrammatum libro VIII. in epigrammate LXV.

Herculis in magni vultus deſcendere Caeſar
Dignatus Latiae dat nova templa viae:
Qua Triviae nemoroſa petit dum regna viator,
Octavum domina marmor ab urbe legit.

In itineraria tabula, quam prompſit e bibliotheca Peutingerana, & collocavit in bono lumine Velſerus, ſunt hujuſmodi fere ſitus eorum locorum, de quibus agitur.



Haec craſſa Minerva. Valerius Maximus in libro factorum & dictorum memorabilium VIII. *Multus ſermo eo etiam judicio manavit, in quo quidam furti damnatus eſt; quod equo, cujus uſus illi uſque Ariciam commodatus fuerat, ulteriore ejus municipii clivo vectus eſſet.* Eum Holſtenius locum non reliquit intactum in adnotationibus ſuis in Italiam antiquam Cluverii. Sic intervalla viae Appiae computata tempore ſuo idem Holſtenius in eundem librum adnotavit:

Roma Ariciam M. P. XIII.

& cetera. Ex Hieroſolymitano itinerario menſa ſpatia ſic viae Appiae:

Roma Ariciam XVI.

& cetera. Lege, ſi copia eſt, reliqua in diverſis paginis; & cum illis confer, quae ſupra poſui. Ortelius quoque in Theſauro geographico refert, Celſum Cittadinum ſibi Roma ſcripſiſſe, Ariciam ab Urbe abeſſe XVI. M. P. Vide, (ἐν παρόδῳ dixerim,) qui vir & quantus ille fuerit, apud Morhofium in Polyhiſtoris continuatione. Poetas autem, quaſi haec loca ſub Urbe fuerint, ita locutos licet animadvertere. Propertius elegiarum lib. IIII.

Quippe ſuburbanae parva minus urbe Bovillae,
Et, qui nunc nulli, maxima turba Gabii.

Ovidius Faſtorum lib. III.

Orta ſuburbanis quaedam fuit Anna Bovillis
Pauper, ſed mundae ſedulitatis, anus.

Et Faſtorum lib. VI.

Nec tamen hunc nobis tantummodo praeſtat honorem
Roma: ſuburbani dant mihi munus idem.
Inſpice, quos habeat nemoralis Aricia faſtos,
Et populus Laurens, Lanuviumque meum.

Ibi Neapolis ἀνάπτυξις legenda eſt. Sed de ſuburbicariis diſſeruit, & copioſe quidem, Salmaſius, quum in emendationibus & notis in Trebellii Pollionis triginta tyrannos, tum etiam in epiſtola quadam relata in extremum volumen epiſtolarum Salmaſianarum, quod Clementius confecit. Atqui ego ſic exiſtimo, hos poetas ſuburbanum dixiſſe id, cujus quaſi finitima vicinitas eſſet, ſive quod propinquitate paene finitimum eſſet; quale memoravit Cicero in Philipp. III. fuiſſe municipium Aricinum. Hactenus mihi videor, de ſuburbanitate regionis illius reſpectu Romae quod ſentirem, debuiſſe minus doctis & intelligentibus probare. Quod autem pluribus verbis diſſerere malui, quam definire preſſe & anguſte, hoc factum eſt, quod in rem praeſentem non veni. Indignor, quandoque in chorographos cadere haec verba ex praefatione Dioſcoridis περὶ ὕλης ἰατρικῆς poſſunt: haec verba, inquam, ad quoſdam herbarios incognita pro cognitis habentes pertinentia: ἅπερ ἐστὶ τεκμήρια οὐκ αὐτοψίας, ἀλλὰ τῆς ἐκ παρακουσμάτων ἱστορίας. Ex tribus autem optatis ſancti Auguſtini, ut nemo paullum modo humanior neſcit, hoc erat tertium, quod in ipſo flore Romam videre optavit. Etſi me cupido ſaepe inceſſit viſendi qualemcumque Romam: tamen Urbis aditu, qui faciliorem mihi cognitionem multarum antiquitatum daret, me meae vitae rationes hic & in patria ſuſceptae prohibuerunt. Quid ſit futurum poſthac, neſcio.]

XXXI. 2. Ἀρτέμιδος ἐλλοφόνος. V. Steph. Theſaur. L. G. An non leg. Ἀρτέμιδι ἐλλοφόνῃ? *Kool.* Aut Ἀρτέμιδος ἐλλοφόνου, aut Ἀρτέμιδι ἐλλοφόνῳ dicendum eſt.]

NAΔION. . . . [NAIΔION eſt apud Gudium. Id ſignificat *aediculam.*]

ΦΥΑ. . . . . [Fortaſſe fuit aedicula frondibus inumbrata.]

XXXIII. 9. Adde Gruter. CXVIII. lin. ult. unde patebit forte legendum *Vipſtanius. Kool.*

Genio ſimil. familiae. XXXIV. 8. [Illud *ſimil.* noſter interpretatus eſt Koolius *ſimile.* Non alienum videtur hoc loco referre inſcriptionem arulae, quae talis apud Gruterum pag. CXI. loc. II. eſt:

GENIO/
SIMILIS/
FAMILIA/

Hic Fabrettus inveniſſe ſibi viſus eſt Similem praefectum praetorii ſub Hadriano. In epitaphio Similis ejus apud eundem Fabrettum ex Dione, Xiphilino, Zonara, & aliis debet ENTAΥΘA legi, non ENTAΥTA: quod mendum ſcripturae vix eſt dignum adnotatu. Deinde ibidem quae ſequuntur, ΕΤΗ ΤΟΣΑ jam pridem ſuſpecta habuiſſe Leunclavium, apparet ex notis in Dionem.]

XXXV. 1. L. LARNIVS. Puto leg. LARONIVS. quae gens nota. Immo apud Fabrett. I. 331. habemus Laronium Baſſum; quod idem cognomen eſt cum eo, cui hic titulus poſitus eſt. *Kool.*

Veneri Virili. XXXIX. 7. [Etſi monumenta ejus deae multa in orbe, nullum tamen, tali cognomento inſcripto, memini videre. Haec quidem Macrobius in Saturnaliorum lib. III. cap. VIII. de Barbata Venere. *Signum etiam ejus eſt Cypri barbatum corpore, ſed veſte muliebri cum ſceptro ac ſtatura virili.* & cetera. Tum Servius ad Virgilium in Aeneidos lib. II. verſu 632. *Eſt etiam in Cypro ſimulacrum Barbatae Veneris,* [*corpore & veſte muliebri cum ſceptro & natura virili,*] & cetera. In Macrobio quoque ſic videtur legendum, *natura virili*; ſive illud Servius, ſive quis alius adnotavit. Suidas item in vocabulo Ἀφροδίτη ait inter cetera: διότι καὶ ἄῤῥενα καὶ θήλεα ἔχει ὄργανα. Id eſt, *quod & maſculina & feminina habet membra.* Sed haec nihil fere ad Venerem Virilem Morpho.]

Morph. [Heſychius: Μορφὼ ἡ Ἀφροδίτη. Eſt veriſimile, ut a forma, quae μορφὴ Graece dicitur, cognomen acceperit. Invenio apud Reineſium in clas. I. N. XCV.

VENERI SANCTAE MORPH. .

Eum oportet legas. Omitto Potterum ad Lycophronа verſu 449. & alios. Fuit apud Lacedaemonios Armatae Veneris ſimulacrum in inferiore parte aedis: ſignum Veneris Morphus, quam Ligorius eandem fuiſſe putavit, in ſuperiore parte cum calyptra ſedens & compedibus. Spartae ſimulacrum ex aere factum Veneri Armatae canit Nonnus Διονυσιακῶν lib. XXXV. circa medium:

Μὴ Σπάρτης ἐπίβηθι, μαχήμονες ἦχι πολῖται
Χάλκεον εἶδος ἔχουσι κορυσσομένης Ἀφροδίτης,
Μή σε δόρυ κρατέουσα τεῷ πλήξειε σιδήρῳ.

Ideſt,

Ne Spartam adi, pugnaces ubi oppidani
Aeneum ſimulacrum habent galeatae Veneris,
Ne te haſtam tenens tuo feriat ferro.

At etiam Cytheris, ut Pauſanias lib. III. cap. XXIII. refert, Uraniae fanum ſanctiſſimum & antiquiſſimum omnium illorum, quae in Graecia Venus habuit, erat; ipſum deae ſimulacrum armatum. Qui de diis ſcripſerunt, partem horum praeoccupaverunt. Quod ad compedes aureas argenteaſve in pedibus mulierum Orientalium, Graecarum & Romanarum attinet; legi poteſt, quod ſcripſit Bynaeus de calceis Hebraeorum lib. I. cap. VIII. Hoc ornatus genus in dearum ſimulacris effinxere antiqui artifices fortaſſe nonnumquam. Sed Pauſaniam noſti, quam idoneus ſtatuarum & imaginum enarrator fuerit. Lege XV. cap. lib. III. de ſigno hoc, quod dixi, Veneris Morphus ex cedro a Tyndareo pedes quaſi compeditae.]

XLI. 5. Adde Gruterum CCCCLXXVI. 7. *Kool.*

XLVIII. 4. Lin. ult. R. POR. CAP. *Regionis portae Capenae* denunciator, (haec enim vox praecedit.) Haec regio duos habebat denunciatores. *Kool.*

XLIX. 9. CVRATOR LVSVS IVVEN. h. e. *Curator luſus juvenum.* In vaſto inſcriptionum opere Gruteri duas inveni inſcriptiones, unam CCCLXXXVIII. 3. alteram CCCCL. 7. quae hujus magiſtratus meminere. Et quo rarior ejus in antiquis monumentis mentio, eo obſcurior ejus explicatio. Primus omnium magnus Lipſius in Epiſtol. Quaeſt. L. I. ep. I. curatorem luſus juvenum ex ſimilibus monumentis explicaſſe mihi videtur; cujus veſtigiis inſiſtens altius non nihil rem omnem repetam. Erant primis temporibus plauſus theatrales inordinati & ſine ulla arte. Teſtis eſt Ovidius de Arte I. 113.

In medio plauſu (plauſus tunc arte carebat.)

Nimirum primis illis temporibus ſub rege Romulo, de quibus iſtic agit Ovidius, plauſus ſpectatorum erant ſine arte; ſed ſuis temporibus mutata res eſt, & plauſus artificioſi editi. Inde Tacitus Ann. XIV. *Tuncque primum conſcripti ſunt equites Romani, cognomento Auguſtanorum, aetate ac robore conſpicui, & pars ingenio procaces, alii in ſpe potentiae. Hi dies ac noctes plauſibus perſonare.* Idem teſtatur Suetonius in Nerone C. 20. *Neque eo ſegnius adoleſcentulos equeſtris ordinis, & quinque amplius millia e plebe robuſtiſſimae juventutis undique elegit, qui diviſi in factiones plauſuum genera condiſcerent* & cetera. *quorum duces quadragena millia HS merebant.* His adde Dion. Caſſ. L. LXI. in f. V. quoque Gonſal. de Salas ad Petron. p. 20. Ex hiſce facili negotio conficimus, quisnam ſit in hac noſtra curator; nimirum qui prae juvenibus artificioſe applau-

dentibus ipſumque plauſum moderantem. * LVSVM hic interpretor ipſos plauſus, quos dabant IVVENES. Hos autem ſatis deſcribunt Tacitus, Suetonius & Dion: & ex Tacito AVGVSTANOS appellatos diſcimus. Hi ab Imperatoribus alebantur ad plauſus dandos in theatris. Favet interpretationi noſtrae aliud marmor apud Fabrettum C. II. 251. in quo juvenes coloniae Juliae Felicis Lucoferoniae memoriam erexiſſe leguntur M. Silio Epaphrodito patrono ſuo & magiſtro juvenum iterum ob amphitheatrum dedicatum. Magiſter juvenum ibi id. qui curator luſus juvenum mihi videtur. In alia inſcriptione ap. eundem III. 7. magiſter juventutis vocatur. Atque ita nemini non conſtare puto horum verborum ſenſum ipſamque inſcriptionis elegantiam. *Kool.*

L. 3. Fortunae Seiae templum notum ex Plin. H. N. XXXVI. 22. *Kool.*

L. 5. *Tenitae.* V. Feſtum in voce *Tenitae*. *Kool.* Feſtum Ligorius etiam in adnotationibus Italicis laudavit.]

LII. 1. *Praef. ludi Gall.* quis? Apud Reines. VI. 126. vocatur *procurator ludi Gallici*. *Kool.*

LIV. 7. *Nurtiae.* Ligorii explicationem ſi inſpicias, eandem, quae Nortia vocatur, eſſe reperies; de qua V. Reines. I. 131. *Kool.*

ΘΕΑ ΣΗΛΟΙΤΟΣΚΥΡΑ. LVI. 2. [Id eſt (ut arbitror) ΘΕΑ ΣΕΛΗΝΗ ΟΙΤΟΣΤΡΑ.]

ΑΠΟΛΛΩΝΩ ΟΙΤΟΣΚΥΡΩ ΜΙΘΡΑ. [Id eſt (ut arbitror) ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΟΙΤΟΣΤΡΩ ΜΙΘΡΑ. Ἀπόλλων enim σκυθίσει nuncupatus οἰτόσυρος.]

LVII. 6. Nymphis Lymphisq. Aug. dicatam hanc inſcriptionem videmus. Apud Spon. in Miſcell. ſect. II. artic. 7. & apud Grut. CIↃLXXIII. 9. habemus NYMPHAS. AVGVSTAS. Verum apud eundem XCIII. 1. alia eſt, quae eodem modo concepta eſt, ac haec noſtra: nimirum NYMPHIS LYMPHISQ. AVG. DVLCISSIMIS. OB. REDITVM. AQVARVM. Cur autem Nymphae Auguſtae dicantur, ſubobſcurum mihi videtur. Sponium ſi audiamus, is aſſerit NYMPHAS. AVG. ideo dictas, quod Nymphae Auguſtorum familiae praeeſſe putarentur. Quod etſi non negem, vellem probaſſet. Verum Gruteri inſcriptionem, quam ultimo loco adtuli, attente dum conſidero, Nymphas lymphaſq. Auguſtas interpretarer ipſas aquas juſſu Auguſti per tubulos ad uſum populi fonti incluſas: id enim verba ſequentia *a populo Romano diu deſideratis*, innuere videntur. Nymphae enim cur ſunt deſideratae a P. R. quarum numerus maximus. Potius id de ipſis aquis dixeris. Nam Fontes pro numinibus habitos conſtat ex Fabretto Inſcr. C. VI. p. 432. Quinimmo Pedo Albinov. eleg. II. v. 33. *Nymphas canoras* poſuit pro aquis per ſaxa praecipitia delabentibus, atq. hac ratione gratum murmur excitantibus. Vbi V. Gorallum. *Kool.*

ΘΕΟΙΣ ΔΙΟΣΚΟΡΟΙΣ ΙΣΤΩΝΑΙΟΙΣ. LIX. 3. [Sic eſt in Gudiano exemplo. Διόσκουροι Caſtor & Pollux οἱ περὶ τὸν ὄρμον τῆς Ἰσώνης Κερκυραίων culti ſunt. Hoc fere Ligorius in adnotationibus Italicis. Notas Lucae Holſtenii in Stephani Byzantii Ἐθνικὰ in vocabulo Ἰσώνη videbis. Eſt ibi etiam haec inſcriptio cum variatione nonnulla.]

ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. [Ita eſt in Gudiano exemplo.]

ΕΠΙΣΤ. ΚΕΡΚΥΡΑΙΩΝ. [Ἐπιστάτης Κερκυραίων, id eſt, curator Corcyraeorum.]

LIX. 5. Semonis Sanci meminit Livius VIII. 20. ubi V. quae notavit Sigonius. *Kool.*

Pro ſalute Imp. Mar. Ant. Gordiani Pii Felicis Aug. & cetera. LXII. 2. [Gruteri corpus pag. XXX. loc. I. ac Dalei diſſertationes antiquitatibus & marmoribus illuſtrandis inſervientes pag. 60. vide.]

LXIV. 1. Linea tertia & quarta STAT. CVLARON. explico, *ſtationis Cularonenſium.* Cularonenſes autem ita dicti a Cularone urbe Galliae Norbonenſis multis credita eadem, quae Gratianopolis; ubi etiam reperta inſcriptio. *Kool.* Adhibeantur Merula in Coſmographiae parte II. lib. III. cap. XXXX. Cellarius in Geographiae antiquae lib. II. cap. II. Reineſius in clas. II. N. VI. & interpretes epiſtolae Planci ad Ciceronem verbis his; *Octavo idus Jun. Civrone ex finibus Allobrogum.*]

Cerialis Panius Candidus & cetera. LXXV. 2. [Pag. CCLVII. loc. 1.

CERIALIS. PANIVS. CANDIDVS. ÆD
. . . . MACELLVM. TESSELLA. STRVENDAM
. . . ANARIOS. FABRICANDOS. EX. MEIR . .
VS. INIQVIS. SVPPLENTIBVS. AD. EA
. . TORIBVS. CVR. MVRRVNI

Pag. CIↃ IↃCXXXXI. loc. 4.

CEREALIS. PAHIVS. CANDIDVS. AED
L. E. MACELLVM. TESSEILLA. STRVENDAM *sic*
PANARIOS. FABRICANDOS. EX. MEIR *sic.*
VS. INIQVIS. SVPPLENTIBVS. ADEA
TORIBVS. . . . . CVR. MVPRINI *sic.*

Sup. leg. MVRRVNI. *Gud.* V. codicem meum p. 44. *Kool.* Pag. XXXXIIII. loc. 5.

CEREALIS. PAHIVS. CANDIDVS. ÆD
IE. MACELLVM. TESSEI. LA. STRVENDAM
PANARIOS. FABRICANDOS. EX. MEIR
VS. INIQVIS. SVPPLENTIBVS. AD. EA
TORIBVS. CVR. MVPRVNI

Eſt in Gudio 1641. 4. ſed digna, quae cum hac committatur. *Kool.* Quae priora duo ſunt, exempla inſcriptionis ex Gudiana collectione protuli; tertium ex Kooliano codice, qui fuit inter codices manu ſcriptos Wittianae auctionis in folio N. LV.]

Meſſalina. LXXV. 3. [*Meſſalino* apud Gudium recte eſt.]

Halagab. LXXV. 12. [Vide Beyeri additamentum ad Seldeni de dIs Syris σύνταγμα II. & Orthographiam Romanam ex acroaſi Schurzfleiſchii, & Cellarii orthographiam Latinam ex vetuſtis monumentis, & Specimen philologiae numiſmatico-Latinae ſecundum, quod ſic edidit inſcriptum ſtuhje; & Hearnii adnotamentum ad Eutropii breviarium hiſtoriae Romanae lib. VIII. cap. XXII.]

LXXVII. 8. [Eſt apud Fabrettum inſcriptionum pagina 505. haec inſcriptio.]

Valentiano. LXXVIII. 11. [Ita eſt in exemplo Gudiano.]

L. Jun. Claro & cetera. LXXXII. 3. [Eſt apud Gruterum pag. CLXXXIII. loc. 1.]

Minor. N. Aug. XCIII. 3. [MINOR. V. AVG. in exemplo Gudii eſt. MINERVAE. AVG. in exemplo Sponii eſt. Miſcellanea eruditae antiquitatis pag. CCLXX. vide. Arcus L. Septimii Severi Auguſti a Joſepho Maria Suareſio explicatus non eſt prae manu. Iuliam Domnam Auguſtam philoſophiae deditam fuiſſe Claudius Salmaſius notavit ad Aelium Spartianum in vita Severi cap. XVIII. Quapropter Aegidius Menagius eam hiſtoriae mulierum philoſopharum inſeruit. Cuſi ſunt in ejus honorem nummi aerei cum effigie Palladis. Videre oportet numiſmata aerea Imperatorum, Auguſtarum & Caeſarum in coloniis & municipiis ex omni modulo percuſſa, atque a Joanne Foy-Vaillant expoſita, in parte altera pag. XVIIII. & etiam pag. XVII. Imperatorum Romanorum numiſmata ex aere mediae & minimae formae deſcripta & enarrata per Carolum Patinum pag. CCXXXII. nummos anti-

quos populorum & urbium illuſtratos a Joanne Harduino in Ilio. Nempe aliae rationes quoque ſunt, quae moverint Ilienſes ac Corinthios. Illud autem, MINERVAE. AVG. in monumentis pluribus reperies. Quum vero Albani monumentum, de quo agitur, fuerit: ſum recordatus Domitiani illam illam Minervam cultam in Albano, cui dixit Martialis epigrammatum lib. VIII. epigrammate I.

Tu mihi, tu Pallas Caeſariana veni.

Matthaeus Raderus, & alii interpretes ad iſtum locum, & ad alios locos epigrammatici poetae conſuli poſſunt. Nam equidem ὁδὸς πάρεργον hoc animadverti.]

Firmin. [*Firman.* in Sponiano exemplo eſt.]

Libr. [*Lib.* in Sponiano exemplo eſt.]

Et. [*Ex.* in Sponiano exemplo eſt.]

XCIV. 9. Vide Fabrettum X. 68. 69. 682. *Kool.*

XCV. 3. De hoc Neratio Scopio conſulari Campaniae aliam vide inſcriptionem apud Gruterum CCCCXLI. 6. *Kool.*

FLAVO. XCV. 6. [FLAVO pro FLAVIO. Lege, ſi vis, Salmaſium in notis ad Trebellium Pollionem in vita Claudii cap. VII.]

D. Valentiniani. XCV. 11. [*D. Valentiani* in exemplo Gudiano inveni. Viſum eſt non praetereundum quod in Paulli Oroſii libro VII. hiſtoriarum adverſus paganos capite XXXII. legitur. Id autem editio anno CIↃIↃ XXXXII. in colonia Agrippinenſi a Ioanne Caeſario facta ſic habet. *Poſt quem* [Valentinianum] *Gratianus filius ejus occidentis imperium tenuit. Valente patruo in orientis partibus conſtituto, Valentianum etiam fratrem ſuum parvum admodum, ſocium creavit imperii.* At indidem anno CIↃIↃ LXXIIII. a Franciſco Fabricio profecta editio *Valentinianum* habet. Paullus Diaconus in primo additamento Eutropii ab Oroſio cum aliis multis ſumpſit etiam illud. *Anno ab Urbe condita* MCXXVIII. *Valens* XXXIX. *imperium orientis* IIII. *annis, Valentiniano mortuo, tenuit: Gratiano Valentiniani filio in occidentali parte regnante, qui ſibi Valentinianum fratrem parvulum admodum, ſocium creavit imperii.* Sic collectio ſcriptorum hiſtoriae Auguſtae edita anno CIↃIↃXXVII. in colonia Agrippinenſi ex recognitione Deſiderii Eraſmi habet. Contuli corpus omnium hiſtoriae Romanae ſcriptorum Latinorum, quod eſt editum anno CIↃIↃCVIIII. Genèvae; & hiſtoriae Romanae epitomen, quae recenſita eſt anno CIↃIↃC XXXXVIIII. Lugduni Batavorum e Muſeo Nicolai Blanckardi. Deficit hoc loco *Valens* XXXIX. quod tamen expreſſum eſt in Antiquae hiſtoriae ex XXVII. auctoribus Dionyſii Gothofredi opera connexae libro IIII. Hiſtoriae miſcellae editionum nulla eſt prae manu. Pergam porro, ubi erit mihi ejus inſpiciendi copia. Saepiuſcule Valentianus & lectus eſt & legitur ex ſcriptura compendioſa pro Valentiniano.]

Reg. & cetera. XCVI. 3. [Vt eſt apud Gruterum pag. CIↃ LXXXII. loc. 14. *Regnante* & cetera.]

Thoderico. XCVI. 3. [Gudius *Theoderico* legit pag. CCLXXII. ſicut Aringhus in Roma ſubterranea in tomo II. pag. 172. & Fabrettus in opere inſcriptionum pag. 521. Vide etiam Sponium in Miſcellaneis eruditae antiquitatis pag. 277.]

Bono Rome. XCVI. 3. [Id eſt, *bono Romae.* Sic apud Gruterum pag. CLII. loc. 8. Theodericus rex inſignitus eſt inter ceteros hoc titulo, *Bono reip. natus.*]

Reg. & cetera. XCVI. 4. [Ut ſupra.]

Thoderico. XCVI. 4. [Ut ſupra.]

Felix Roma. XCVI. 4. [Ut taceam ſcripta Caſſiodori & Iornandis & aliorum; lege panegyricum Ennodii Theoderico dictum. Fere ita Martialis in LXII. epigram. lib. I.

Marone felix Mantua eſt.

quia Poeta natus eſt in pago, qui Andes dicitur, qui eſt a Mantua non procul; ut Donatus in ejus memoravit vita: & quia fuit civis Mantuanus; ut Servius in principio ſcripſit commentationum ſuarum ad Aeneida. Verum haec ſatis nota ſunt.]

XCIX. 3. In verſu paenultimo pro HIBERIA leg. HIBERNIA, ſatis, ut puto, docet praecedens BRITANNIA. Quae porro in elegantiſſima hac inſcriptione ſupplenda reſtant, ea in his monumentis magis verſato relinquo. *Kool.*

Hiſtonii in aedibus Lucii Cujacii ICti. [*Hiſtonii in aedibus Lucii Cauacii* ICti. Eſt ita ſubſcriptio apud Gudium pag. CCLVI. loc. 3.]

CLAVDI. [Inſpice, ſi vis, Gruteri corpus in CCCCLIII. pagina in VI. & VII. linea.]

BRITTANNIA. [BRITANNIA eſt in Gudiano exemplo.]

RO. PR. [*Pro praetore*, ut opinor.]

XCIX. 7. *Praefecto operum ſcambillarior: theat. Hiſpel.* Quid ſint opera ſcambillaria, prorſus non capio. Quid ſi legamus *ſcabellariorum* a ſcabello inſtrumento muſico, de quo vide Sueton. in Caligula C. 54. & ibi Caſaubonum. VI. 2. vocatur miniſtrator oper. ſcambillorum theat. univerſi. *Kool* Pitiſcus ad iſtum locum Suetonii, & in Lexico antiquitatum Romanarum debet conſuli. Quae inſcriptio Spoleti inventa eſt, & in Torrentii commentario in eundem locum Suetonii legitur; haec apud Gruterum pag. CCCCLXVII. loc. 7. atque exinde apud Fabrettum cap. VIIII. N. 505. pag 660. nec non apud Scamozzium lib. VI. cap. VIII. (inde in editione Vitruvii a Joanne de Laet adornata in poſterioribus pag. 163. eſt quaſi quaedam appendicula commentarioli, quo *Scamillos impares* Bernardinus Baldus explicuit) haec eſt, inquam, inſcriptio ibi ſine DIS SYRIIS, ſine nominibus C. ALBICIVS C. L. RESTITVTVS, quae quidem duo ſimul junctim poſita ſunt apud eundem Gruterum pag. LXXXVI. loc. 3. Vide etiam pag. CIↃXVI. loc. 4. Ceterum ex *ſcamno* factum eſt diminutive *ſcabellum, ſcabillum, ſcamellum, ſcammellum, ſcamillum*; ut in gloſſis veterum & alibi variat. Sic ſcabella, ſcabelli, ſcabilla, ſcamilli varie dicuntur in architectura, in muſicis. Hoc vetus interpres Statii Lactantius, vel quo alio nomine appellatus fuerit, ad lib. VII. Thebaidos in verſu 171. adſcripſit. *Tibia, vel ſcabellum, quod in ſacris tibicines pede ſonare conſueverunt.* Ubi Barthius legendus. Legendi etiam Gratii interpretes, Vlitius & Johnſon, ad Cynegeticon in verſu 43.]

CVI. 3. Quae ſit vis & elegantia praepoſitionum A vel AB in munere alicui impoſito exprimendo, nemo ignorare poteſt, niſi qui purioris Latini ſermonis ignarus eſt. Abunde id oſtendunt particularum explanatores. Apud omnes auctores hae praepoſitiones hoc ſenſu obviae ſunt, & in inſcriptionibus ſatis frequentes. Apud doctiſſimum Fabrett. cap. V. I. 1. *Adjutorem ab epiſtolis Lat.* 3. 4. *a rationibus*, cap. I. 183. *a libellis fiſci frumentarii*, X. 33. *a rationibus fiſci frumentarii.* Reineſ. IX. 34. *a cubiculo Domitiae*, 33. *a commentariis fiſci Aſiatici*, h. e. qui commentarios fiſci Aſiatici tractaret: innumera fere ſunt exempla, quae ex indice Scaligeri peti poſſunt. In noſtra itaq. inſcriptione VESTIARIVM. AB. AEDE. CERERIS interpretor eum, qui veſtimenta Cereris non tantum, ſed & ſacerdotum Cereris curabat. Gentilium quippe deos etiam ſuum cultum ac pretioſa veſtimenta habuiſſe ſatis conſtat. Palmatam Jovis tunicam in Capitolio adſervatam notiſſima res eſt. Quis fuerit adparatus in tricliniis deorum ſternendis ex Suetonio, Livio aliisq. patet. Unde Lactant. de orig. erroris L. II. C. 4. merito irridet hanc ſuperſtitionem gentilium. *His* (diis ſc.) *peplos & indumenta pretioſa, quibus uſus velaminis nullus eſt: his aurum & argentum conſecrant, quae*

tam non habent qui accipiunt, quam qui illa donarunt. Ubi vide quae notavit Heraldus. Lactantio adde omnino Tertullianum lib. de idololatria C. XVIII. *Ceterum purpura vel cetera insignia dignitatum & potestatum, insertae dignitati & potestatibus idololatriae ab initio dicata, habent profanationis suae maculam; quum praeterea ipsis etiam idolis in quantum praetextae & trabeae & laticlavi, fasces quoq. & virgae praeferantur, & merito. Nam daemonia magistratus sunt saeculi hujus, unius collegii insignia fasces & purpuras gestant.* Prudentius in Apotheosi 455. Diserte hic habes varia vestimentorum Romanorum genera, quibus ornari solebant dii. Hinc nihil mirum, si apud Firmicum legamus *Vestitorem simulacrorum*, & in hac Gudiana inscriptione reperiamus VESTIARIVM. AB. AEDE. CERERIS, hominem nempe, cujus custodiae mandata erant vestimenta religioni Cereris dicata, & in ejusdem templo adservata. Dixi autem sacerdotes etiam sua vestimenta ac ornamenta habuisse, quod ut probem minime necesse est: sufficit nos ex Gudiana alia, quae est XCIX. 2. discere eum, cujus curae haec commissa erant, vocari AB. ORNAM. SACERDOTALIB. *Kool.*

CX. 3. *Praefectus Ludi matutini.* V. Fabri Agonistic. *Kool.*

CX. 4. *Tribunus volupt.* V. Lips. de amphith. C. XV. in f. Formulam tribuni voluptatum tradit Cassiodorus Variar. VII. 10. *Kool.*

CXI. 4. LEONTICA explico sacra Mythrae, qui a Persis leonis vultu cum tiara Persico habitu & utrisque manibus bovis cornua comprimens, colebatur. Leones Mithriaci in monumentis obvii sunt. Vide Leonardi Augustini gemmarum antiquarum partem secundam pag. 34. pag. autem 33 uberrima mystici hujus numinis est delineatio, ut & in tribus tabellis, quas Cl. Gronovius nuperae editioni Gemmarum Augustini praemisit. De Leonticis autem plura collegit Reinesius ad inscript. 41. classis primae, de deo Mithra & Barthius ad Statii I. Thebaid. Gutherius autem de Jure Pontificio L. I. 25. explicans duas inscriptiones in Gruteri thesauro obvias, in quibus Leonticorum mentio est, simul lucem magnam nostrae adfundit, & haec sacra egregie ex scriptoribus antiquis explicat: quare vellem Fabrettum, qui hanc Gudianam habet X. 170. 695. sed mutilam, & Gutherio non accedere cupientem, alia melioraque tradidisse. *Kool.* Adhibeatur Antonius van Dale, qui haec maxime illustravit in prima dissertationum de antiquitatibus & marmoribus.]

CXI. 5. Palmares ludi, quorum hoc meminit fragmentum, a nemine, quod sciam, observati. Nihil itaque mirum, si etiam ignoremus, quales hi fuerint. Sed in re tam obscura conjecturis locum facere si liceat, conjicerem palmares ludos posterioribus temporibus fuisse celebratos, dictosque a loco, (ab eo enim plerique ludi nomen acceperunt) in quo exhibiti sunt, a *Palma* nimirum loco posterioribus temporibus celeberrimo; a quo, si credere velimus Baronio, *Synodus palmaris* A° 1011. habita Romae nomen accepit. Sane ex S. Fulgentii vita & Cassiodoro Variar. L. IV. ep. 30. ostendit Baronius Romae fuisse curiam sive locum, qui Palma & Palmaria dictus erat, & domus palmatas: verum sibi non liquere ait Baronius apud curiam hanc synodum fuisse celebratam, sed magis ad basilicam S. Petri in porticu S. Petri, quae Palmaria dicebatur, uti ex Anastasio in Honorio papa probat, concludit synodum palmarem a palmaribus, quae erant porticus S. Petri, dictam fuisse. Utique & haec nostra basilicae, ut & porticus meminit. Quare fere dixerim palmares ludos accipiendos de iis, qui in loco *Palmaria* dicto exhibiti sunt. Palmarias porticus basilicae S. Petri describit Ciampinus de sacris aedificiis a Constantino constructis C. 4. Lubens tamen doctiori haec enucleanda relinquo, meque sagaciori critico submitto; maxime quum haec inscriptio non Romae, sed extra Beneventum fuerit reperta; ubi an talis fuerit porticus, prorsus ignoro. *Kool.*

CXII. 2. In magna illa temporum licentia plura gentilitia nomina usurpasse Romanos ostendunt Fabrettus Inscript. III. XLVIII. & Reines. VI. 128. Quare non mirum in hac Gudiana duo occurrere, quum Fabrettus tria, immo quatuor enumeret. Praeter gentis AELIAE adhuc NAEVIAE ANTONIAE sibi adscivit hic T. AELIVS SEVERVS; qui, ut nota omnibus transeam, etiam sodalis Hadrianalis fuit, hoc est e numero eorum, qui divinos honores Hadriano Imperatori post mortem decretos curarent: quales enumerat Spartianus in vita Hadriani cap. ult. quorum sodalium saepius in inscriptionibus mentio fit, imo in alia Gudiana inscriptione sodales Hadrianales, Antoninianos & Verianos reperies. Alii ex inscriptionibus & historiae Augustae scriptoribus noti sunt. TRIB. LATICL. h. e. tribuno laticlavio. Hi autem erant senatorum filii, quibus, tunica laticlavia cum virili toga sumpta curiae interesse permisit Augustus. Vide Sueton. in vita Aug. C. 38. & ibi Casaubonum, Oct. Ferrarium de re vestiaria L. III. C. 14. & in Analectis C. 21. Rubenii sententiam refutantem. Versu 6. LEG. XVI. FL. PIAE. F. explico legionis sextae decimae Flaviae Piae Felicis, quae legionum cognomina ex inscriptionibus nota sunt. Eodem PRAEF. FERIAR. LATINAR. h. e. praefecto urbis feriarum Latinarum caussa. De hoc extraordinario magistratu vide quae notavit Lipsius ad Tacit. Ann. IV. 36. & Torrentium ad Suetonium in vita Claudii cap. 4. III. VIR CAPIT. ∴ triumviro capitali, de quo videndus Rupertus ad Pomponium d. o. j. cap. 16. SEVIRO. EQVITVM. ROM. &c. Haec dignitas iterum occurrit in Gudianis pag. CXXI. 8. *Kool.*

C. ANCHARIVS. THALLVS. CXIII. 6 [C. ANCHARIVS. THALIVS. in exemplo Gudiano reperi.]

C. ANCHARIVS. STATILIANVS. [C. ANCHARIVS. SATILIANVS. in exemplo Gudiano reperi.]

P. SENTIVS. ARSLIDES.] P. SENTIVS. AR. SLIDES. in exemplo Gudiano reperi.]

CXIV. 2. [Reperta in via Janiculensi.]

CXV. 5. Linea tertia forte ita corrigenda & supplenda A. RAT. AER. SIBI. ∴ *a rationibus aerarii*, vel AB. AER. ∴ *ab aerario.* Prius ut sequar facit doctissimus Fabrett. X. 33. ubi habemus A. RA. F. F. quae docte explicat *a rationibus fisci frumentarii. Kool.*

CXV. 7. [In apographo libro Gudiano sic reperitur.

Pag. IↃCXXXIV. loc. 4.

C. ASINIVS
V. CL. RVFIONI
Ibid. in litt. I. *aut* 3. f.

Supra autem loc. I.

Romae in hortis Caroli de la Valle & cetera.]

CXX. 5. Q. CILTIO. f. l. Q. CILNIO. quae gens Cilnia notissima. *Kool.*

CXXI. 7. *Juredicundo in reb. ard.* ∴ *rebus arduis.* Insolens titulus, nam qui jus administrasse legitur, is vocari solet in inscript. IVDEX. IVRIDICVS. II. VIR. IVR. DIC. IIII. VIR. IVR. DIC. PRAEFECTVS. IVR. DIC. Sed tam absolute nusquam, quod memini, occurrit: praeterea, quod quis in rebus arduis jus dixerit, tantum nullibi invenies. *Kool.*

CXXII. 9. Notatu digniissima linea paenultima, quum ob inusitatam rationem, tum quod recedat longe ab illo usitato H. M. H. E. N. S. V. H. M. H. N. S. de quo vide Fabrett. *Kool.*

CXXII. 10. De eodem vide aliam in Grutero p. XLIII. 6. *Kool.*

VILL. MAGN. CXXIII. 6. [Impp. Severus & Antoninus AA. viam, quae ducit in Villam magnam, silice sua

pecunia ſtraverunt; ut apud Gruterum inſcriptio templi Anagnini teſtatur, cujus commeminit Holſtenius in adnotationibus in Theſaurum geographicum Ortelii. Eſt quidem in itinerario provinciarum ſub nomine vel Antonii vel Antonini Auguſti edito inter loca provinciae Tripolitanae Villa magna villa privata: at nihil ad rem; etſi Severus erat, Eutropio teſte, oriundus ex Africa, provincia Tripolitana, oppido Lepti. Quid vero illa ſibi ſtatua muliebris vult cum hac inſcriptione, ut apud eundem Gruterum eſt, MATER. VILLAE. FAGNAE. Quid porro ſibi talaris ſtola, quid, qui praependent demiſſi in humeros, crines ſex, quid cornu copiae in manu ſiniſtra, volunt. Quod ad originem ſignorum cum ſtolis attinet, Vitruvius initio librorum, quos de architectura fecit, ita ſcripſit. „Hiſtorias autem plures „noviſſe oportet, quod multa ornamenta ſaepe in „operibus architecti deſignant, de quibus argumen„tis rationem, cur fecerint, quaerentibus reddere „debent. Quemadmodum ſi quis ſtatuas marmoreas „muliebres ſtolatas, (*ſtatuas marmoreas, mulieres ſtolatas*, habet editio Laetii) „& quae Caryatides dicun„tur, pro columnis in opere ſtatuerit, & inſuper „mutulos & coronas collocaverit, percunctantibus ita „reddet rationem. Carya civitas Peloponneſi cum „Perſis hoſtibus contra Graeciam conſenſit: poſtea „Graeci per victoriam glorioſe bello liberati commu„ni conſilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque „oppido capto, viris interfectis, civitate deleta, „matronas eorum in ſervitutem abduxerunt. Nec „ſunt paſſi ſtolas, neque ornatus matronales depo„nere: uti non uno triumpho ducerentur, ſed aeter„no ſervitutis exemplo gravi contumelia preſſae poe„nas pendere (*dare* eſt in editione Laetii) „viderentur pro civitate. Ideo qui tunc architecti fue„runt, aedificiis publicis deſignaverunt earum ima„gines oneri ferendo collocatas; ut etiam poſte„ris nota poena peccati Caryatium memoriae traderetur. In conſpectu quidem poſita eſt a Jocundo (is anno CIↃ IↃ XI. Venetiis Vitruvium recenſuit cum ſchematibus architectonicis) Caryatidum deſcriptio: ſed videas Baldi commentarium de ſignificatione verborum, quae ad Vitruvium pertinent. Si qua in ejus libris fuerint, ut fuerunt, idiographa ſchemata; equidem doleo vetuſtate obliterata. Ceterum permultas licet videre in antiquitatum libris ſtatuas muliebres ſtolatas. Quod ad ornatum ſex crinium attinet, ſuppetit illud Feſti. „Senis crinibus nuben„tes ornantur, quod is ornatus vetuſtiſſimus fuit: „quidam quod eo Veſtales virgines ornentur, & cetera. Praeter enarratores Feſti Salmaſius etiam in epiſtolae ad Colvium de caeſarie virorum & mulierum coma ſcriptae 572. pag. explicavit, quid ſint hi ſeni crines. Quod ad ornatum pertinet capitis nubentium & Veſtalium virginum; prius in honorem ſacerdotii oſtendam, quae illarum monumenta certa atque incerta in libris exſtent: tum de his, quarum etiam capita caelibari haſta comebantur, dicam. Etſi forte noſti quod, quaſi virginis Veſtalis nomine, canticum fertur in extremo libro ſexto epitomatarum Senecae rhetoris controverſiarum:

Felices nuptae: moriar, niſi nubere dulce eſt.

Ecce tibi Junia C. Silani F. Torquata ſacerdos Veſtalis annis LXIIII. apud Sponium in libro, qui Miſcellanea eruditae antiquitatis inſcriptus eſt, in pag. 150. Ecce alia virgo Veſtalis ἀνώνυμος, ſi diis placet, apud Begerum in libro, cui titulus eſt Theſaurus Brandenburgicus ſelectus, in pag. 222. At vero aut ſuffibulum habetur in capite, aut

infula virgineos circumdata comptus
Ex utraque pari malarum parte profuſa eſt.

Ecce tibi in notis ad σύνταγμα Lipſii de Veſta & Veſtalibus Claudia Veſtalis, cujus ut pateat auris, tamen nihil apparet in capite velato ornatus crinium ſenum. Ecce in extremo illo libro Coelia Concordia virgo Veſtalis maxima, ſed (pro!) ſine capite. Dumtaxat in ſummo interſcapilio vittarum extremitates comparent. Itaque parum ad eum, quem quaerimus, ornatum ſex crinium hae virginum Veſtalium ſtatuae & imagines ornatu fere ſacerdotali proficiunt. Verum ut ut eſt, quis neſcit, qui paullum modo virgines Veſtae noſſe curavit, quin inſignis ornatus fuerit earum? de quo Prudentius in extremo libro ſecundo contra Symmachum:

Interea dum torta vagos ligat infula crines,

&,

ſedet illa verendis
Vittarum inſignis phaleris,



&,

Perfundunt quia colla comis bene, vel bene cingunt
Tempora taeniolis, & licia crinibus addunt.

A divo etiam Ambroſio in epiſtola ad Imperatorem Valentinianum, quae eſt una & triceſima, infulae vittati capitis memorantur in eodem argumento. Quippe Symmachus ſcripſerat in relatione ſua ad Imperatores Valentinianum, Theodoſium & Arcadium: Ut vittae earum capiti decus faciunt, & cetera. Hac occaſione data, confer Alexandrum ab Alexandro cum Plinio Secundo. Plinius ſic in naturalis hiſtoriae ſextodecimo: „Romae vero lotos in Lucinae area, „anno, qui fuit ſine magiſtratibus, CCCLXIX. Urbis „aede condita, incertum ipſa quanto vetuſtior. Eſ„ſe quidem vetuſtiorem non eſt dubium, quum ab „eo luco Lucina nominetur: haec nunc circiter an„num CCCCL. habet. Antiquior illa eſt, ſed incerta „ejus aetas, quae Capillata dicitur, quoniam Ve„ſtalium virginum capillus ad eam defertur. Alexander autem ab Alexandro ſic in Genialium dierum quinto: „quibus [virginibus Veſtalibus] hoc pro„prium ferunt, ut defectum capillum, tamquam ſa„crolanctum, vulgo atteri non ſinerent: ſed in loto „arbore conſpicuae magnitudinis, quae in Lucinae „ara colebatur, adponerent, cui ob id Capillatae nomen. Iſthaec interpolatio facit, ut nonnulla ſint animadvertenda ac notanda. Haec lotus igitur Capillata fuit reverendae vetuſtatis, non conſpicuae magnitudinis, ut illa myrtus in Linternina ſuperioris Africani villa; de qua myrto idem Plinius proxime: „Ve„rum ex his, [arboribus,] „quas memoria homi„num cuſtodit, durant in Linternino Africani prio„ris manu ſatae olivae. Item myrtus eodem loco con„ſpicuae magnitudinis. Venio ad Fabretti de columna Traiani σύνταγμα. Ibi CLXVII. pag. conſpicitur effigies cum hac inſcriptione BELLICIAE MODESTE V V, & imago cum hac inſcriptione NERUIRU, id eſt, ut Fabrettus vult, Belliciae Modeſte virgini Veſtali, & Neratia virgo Veſtalis. Poſtea vero quam in Capillari arbore capillum tonſum ſuſpenderant virgines Veſtales, cur iis paſcere crinem non licuerit? Credibile eſt propter auctoritatem Prudentii, quam ſupra ſcripſi, novaculam peperciſſe recretis earum crinibus: etſi hoc Fabretto in duo κειμήλια modo dicta ex κειμηλιαρχείῳ cardinalis de Carpineo intuenti viſum eſt ſecus. Nec virgines Veſtales Lipſius vult ſparſiſſe longis humeros capillis, ut Struvius ait in libro antiquitatum Romanarum pag. 629. ſed in ſpiras intortis & vittatis. Hactenus de ornatu Veſtalium. Nunc videbimus, ecquae nova nupta ſenis crinibus alicubi in monumentis veteribus conſpicienda ſit: eſt etiam pars iſta promiſſi noſtri ac recepti. Ecce in Sponii libro,

qui Miſcellanea eruditae antiquitatis inſcribitur, pagina ſeptima, & inde in notis Burmanni ad Petronii Satyricôn caput viceſimum ſextum, gemma Pyrrhi Ligorii. Ergo hujus gemmae ſcalptura eſt, Pompa nuptiarum Cupidinis & Pſyches: vel potius feralium nuptiarum miſerrimae virginis choragium videtur; utpote quae toto corpore obnupto, ſpecie ſatis triſti, vivum producitur funus, & comitatur non nuptias, ſed exſequias ſuas. Appuleius in extremo libro quarto Metamorphoſeôn eſt legendus. In libro ejuſdem Appuleii ſexto iite Pſyche convenit in manum Cupidinis. At vero Trypho, ſive ſecundum Graecam rationem & apud Latinos Tryphon, ſcalptor; qui, ut quidam artifices factitarunt olim, & noſtro faciunt ſaeculo, nomen ſuum inſcripſit in hoc parvo opuſculo; quique Junii catalogo artificum & operum ſuorum non inſertus, quod inedita fere ſunt Ligoriana, inter opifices, qui poſt obitum nobilitari voluerunt & meruerunt, referri debet: is, inquam, potuit Ariſtophontem Athenaeum in libris, qui Dyſareſtia nuncupati ab uno ſolo, quod ſciam, Fulgentio in Mythologiarum libro tertio memorantur; aut alios, quorum mythiſtoriis etiam carendum eſt, ſecutus fuiſſe: potuit liberiore quadam uſus fuiſſe licentia, nec ita valde mythiſtorico ſe filo obligaviſſe. Sed tamen quomodocumque, videor mihi videre, ut apud eundem Appuleium in oraculo dei Mileſii eſt,

puellam
Ornatam mundo funerei thalami.

Cave autem, ſi bene me noſti, putes, me, quod ita haec interpreter, cornicum oculos configere, ut dicitur, voluiſſe. Quae vero Pſyches & Amoris exprimat amatorias figuras, eſt in eadem pagina ejuſdem Sponii ſeptima & octava tabula; & in Buonarotae libro, qui Etruſca lingua, *Oſſervationi ſopra alcuni frammenti di vaſi antichi di vetro*, inſcribitur, duodetriceſima tabula. Non hic velut feralibus deducitur exſequiis Pſyche corpus tegens veſte lugubri, qualis in Tryphonis gemma; at Amoris, quem complexa tenet, amori, quantum poteſt, amore palam reſpondet. Inſpice Actorum eruditorum, quae Lipſiae publicantur, ſupplementa in tomo ſeptimo. Secundum eas tabulas ab Sponio ex chartis Raſcaſii Bagarrii (is, qui in epiſtola Caſauboni ad Scaligerum, quae eſt trecenteſima & undeviceſima, nominatur Racaſſius de Bagarris, Gallica lingua *De Raſcas ſieur de Bagarris* appellabatur) prolatas Pſychae crinis eſt ſimpliciter collectus in nodum: at illi capillus paſſus eſt ſecundum tabulam, quae ſupra dicta eſt, in Obſervationibus Buonarotae ſuper quibuſdam fragmentis vaſorum operis antiqui e vitro. Begerus quoque in centeſima pag. Theſauri Brandenburgici ſelecti protulit achaten, in qua Pſyche cum papilione (eſt ſignum notum) ſpectatur; crines ejus, exceptis antiis, abſcondente flameolo. Haec ab illa, quam inter gemmas antiquitus ſcalptas in 74. pag. ex ſarda protulerat Auguſtinus, nihil aut non fere multum abludit imago, quaſi ſi eſſet altera alterius apoſphragiſma. Eſt & in 150. pag. Auguſtini alia gemma generis ejuſdem, in qua ſcalptam videbis Pſychen incomptiore capillo, genibus nixam, manibus retortis. Age nunc, refer oculos ad clypeum argenteum pondo unius & viginti cum hoc argumento; Scipionem quomodo aiunt quidam veteres auctores forma expetenda generoſam ac nobilem virginem, deſponſam principi Celtiberorum adoleſcenti Allucio nomine, captam Nova Carthagine expugnata perductamque ad ſe, parentibus & ſponſo integram reddidiſſe. Is clypeus prope Avenionem in Rhodano, in quem caſu neſcio quo inciderat, anno demum milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto inventus eſt, ſubſequenti tempore collocatus in bono lumine inter cetera monumenta vetuſtatis, quae a Sponio collecta ſunt in duos libros, diverſo titulo: alteri *Recherches curieuſes d' antiquité*, (Diſquiſitiones antiquitatis ipſe vocat;) alteri Miſcellanea eruditae antiquitatis index eſt: atque inter cetera Graecarum artium decora, quae Gronovius poſtmodo collegit in antiquitatum Graecarum tomum tertium; ubi etiam dedit Q. Claudiam Veſtalem videndam. Ejus clypei meminit idem Gronovius quoque in notis ad octavum caput libri ſexti Noctium Atticarum Gellii. Nonne vides, ut Allucius ſperatam ſuam uxorem teneat habentem in capite flameolum aliudve tegmen? Adhuc ſuperſunt ſigna quaedam & monumenta, quae poſſim oſtendere: ſed ſub hujus finem adnotationis (feſtinat enim complere paginam qui a typis ſive formis litterarum eſt) contemplari unumquodque magis otioſe licebit. Omnium rerum abundantia cornu copiae ſignificari ſolet, ut nemo paullum modo humanior hoc neſcit. Sexcenta licet numiſmata cernere, in quibus id inſigne. Quam ergo eſſe deam hanc dicam MATREM VILLAE FAGNAE cum ſtola ad talos demiſſa, & crinibus ſex antependulis, & cornu copiae? Nam dea eſt certe: aut Fortuna cum cornu pomis, ficis aut frugibus autumnalibus pleno; qualem Arnobius in diſputationum adverſus gentes libro ſexto deſcripſit; qua ratione Prudentius in primo libro contra Symmachum dixit,

Formatum Fortunae habitum cum divite cornu.

Quinetiam, Lactantio teſte in libro Divinarum inſtitutionum tertio, qui eſt de falſa ſapientia, ſimulacrum Fortunae cum copia & gubernaculo finxerunt; qualis eſt illa in quibuſdam nummis ab Auguſtino & Oudaano recenſitis. Habet praeterea in ſummo capite modium fertilitatis inſigne, ut eſt videre in nummo ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ deprompto de theca nummaria Wildea; etſi Foy-Vaillantus in nummis coloniarum ac municipiorum ſub imagine Fortunae Genium loci praeter ceteros nummarios interpretes animadvertit, in Auguſtis praeſertim. Sed de inſignibus Fortunae plus ſatis. Aut haec, inquam, MATER VILLAE FAGNAE Copia eſt. Porphyrion ad illud Horatii in carmine ſaeculari;

apparetque beata pleno
Copia cornu.

„quaſi corporalem deam hic accipe Copiam: utique „rerum omnium abundantiam. Quae vero Munckerus adnotavit ſuper his etiam, ea ſub capite uno & triceſimo fabularum Hygini ſubjecta perlege: & in Acronis σχολίῳ ad illud Horatii in carminum libro primo;

opulenta cornu.

„metaphora a cornu Fortunae, quo dicitur divitias „conſueſſe ligari. corrige hoc verbum *ligari*; invenies enim in veteribus lyrici poetae interpretamentis, quae a Cruquio in lucem ſunt edita, verbum *largiri*. De villa, cui vocabulum FAGNAE; ſic eſſe FAGNAE, id eſt, Faginae a fago, & ſcribendum & legendum ſatis ſcite in quotidiana συζητήσι ſuper philologis rebus Pavoni noſtro in mentem venit: niſi quod nota N, licet alibi exſtet, inſolentior quam Ν eſſe, & epitheton fagea in villam quadrare aptius quam fagina videtur. Suppeditant enim libri de ſignificatu verborum haec fere exempla; lucus fageus, glans fagea, & faginus axis, pocula fagina, faginus ſcyphus, guttus faginus, fagina menſa. Greenius autem in ſecundo capite commentarioli de villarum veterum ſtructura apud Romanos refert varia earum vocabula. Sed nulla villa, quod ſciam, habebat nomen arboris apud illos. Ex arboribus nomen inditum eſt aliquot villis noſtratibus; ut puta, ne longe abeam, Fagutali Υ

bur-

burgo montem verſus, Pineti ϒ burgo in monte, Alnorum ϒ burgo & Dumeti ϒ burgo ad fluvium Vechtam, ubi aeſtate ſolitus ſum ruſticari. His atque aliis villis videlicet propter arbuſta inditum nomen quaſi eſt. Quid, quod villa haud procul Fletione, quae inſcribitur *de Eik*, (id eſt proinde noſtris, tamquam ſi Graius dicat, ἡ Δρῦς,) e quercu conſpicuae magnitudinis, ut opinor, nomen invenit? Quod ad notationem Bochorſtae burgi, quae inter Lugdunum jacet atque Harlemum, attinet, Junius eam tetigit in undeviceſimo capite libri, cui titulus eſt Batavia. *Horſt:* qui gloſſemata noſtratia interpretati, dixerunt aridiorem & editiorem locum frutectoſumque. Altingus in altera parte Notitiae Germaniae inferioris in Hohorſta, & Kilianus in Etymologico Teutonicae linguae, aliique antiquitatis noſtrae & vocum antiquarum enarratores laudari poſſunt. Inſpice inferioris Germaniae antiquitatum opus, quod olim inſtitui coeptum per Halmam, (ut erat vir adprime patrii ſermonis ſciens, & in omni hiſtoria rerum noſtrarum belle curioſus,) me quoque etiam conſilium & libros praebente, Royeſteyno adnotante & excerpente; nunc continuatum per Brouërium a Nideko, qui multa tenens antiqua alterum tantum brevi adjecturus eſt, exiit. „Non „autem, inquit Iſidorus in duodetriceſimo capite „libri primi Originum, omnia nomina a veteribus „ſecundum naturam inpoſita ſunt, ſed quaedam & „ſecundum placitum: ſicut & nos ſervis & poſſeſ„ſionibus interdum ſecundum quod placet noſtrae „voluntati nomina damus. Hinc eſt quod omnium „nominum etymologiae non reperiuntur: quia quae„dam non ſecundum qualitatem, qua genita ſunt, „ſed juxta arbitrium humanae voluntatis vocabula „acceperunt. Sed ſuper omnibus his rebus nimis. Itaque illud alias, quod eſt in parte VI. antiquitatum Romanarum, ſive in tomo IIII. inſcriptionum & monumentorum, quae a Jano Jacobo Boiſſardo collecta ſunt, pag. 135. & in Gruteri corpore inſcriptionum pag. MLXXV. loc. 12. & in Antiquitatibus Romanorum explicatis a M. A. V. N. Latine & Gallice tab. XXXXI. pag. 153.

GENIO FAGNENE
LYDA

De nomine Matris in inſcriptione ſtatuae, de qua quum maxime actum eſt, videas inſcriptiones, quae ſequuntur Apotheoſin Homeri, & cetera, expoſitas a Giſberto Cupero pag. 268. Licetus in lib. VI. de lucernis antiquorum reconditis in cap. LXXX III. ex cimeliarchio Galvani protulit puellarem imagunculam Veſtalis (ita enim putatur) aeream perveterem quaſi pedalem. Guilelmus du Choul in commentario de religione veterum Romanorum Gallice compoſito in pag. 42. nummum argenteum, cujus ex una parte VEST· AVR· QVIRINA, ex altera I· O· MAX CAPITOLINVS habetur, protulit. Idem du Choul pag. 235. nummum argenteum, cujus ex una parte VESTALIS habetur, protulit. Nondum nactus ſum ea, quae de virginibus Veſtalibus & luxu feminarum Romanarum Gallice commentatus eſt Nadalius; quae recenſita ſunt in Actis eruditorum publicatis Lipſiae menſe Julio anno CIↃ IↃCC XXVIIII. In IIII. parte antiquitatum Romanarum in 78. pag. Boiſſardus exhibuit monumentum, quod item in Gruteri corpore inſcriptionum pag. IↃCCLXXXVIII. & in Antiquitatibus Romanorum explicatis tab. LXXIIII. licet videri. Herbaſia Clymene Sex. Herbaſii Nautilli uxor ſenis crinibus ſpectatur e monumenti faſtigio. Hoc ornatus genus in aliis quoque monumentis (non ſatis memini quibus) offendi. In III. parte antiquitatum Romanarum in 124. pag. Boiſſardus exhibuit monumentum, quod item in Gruteri corpore inſcriptionum pag. IↃCCCXXX. loc. 10. & in Antiquitatibus Romanorum explicatis tab. XXIIII. infra apparet. Elpis Earine Lucii Stratonici conjux ibi conſpicienda eſt, trinis crinibus dependentibus, quarta parte crinium latente poſt humerum ſiniſtrum. Eſt (ut etiam Pitiſcus oſtendit in Lexico antiquitatum Romanarum) inter doctiſſimos de illis ſenis crinibus controverſia. Junius in commentario de coma in cap. x. & Boxhornius in Quaeſtionibus Romanis in quaeſtione XXVI. ſenis genitivo caſu eſſe ſuſpicati ſunt. Voſſius in obſervationibus ad Pomponium Melam in lib. I. cap. VIIII. ſine crinibus nubentes ornatas fuiſſe voluit. Senis crinibus, hoc eſt, ſex partibus capillorum, & iis quidem vittatis & demiſſis; non in gradus atque annulos comptis, ut putavit Mercerus ad Alexandri ab Alexandro Genialium dierum lib. II. cap. v. Sed de crinibus ſeptem apud Martialem in epigrammatum lib. XII. in epigrammate XXXII. legatur Gronovii epiſtola ad Salmaſium. CCLXXVII. eſt in Burmannina Συλλογῇ epiſtolarum a viris illuſtribus ſcriptarum in tomo II. Judaei Francofurdenſis celebres vidit nuptias peregrinator du Mont, ut refert in Itinerum tomo IIII. epiſt. XVI. Inter feſtos laetoſque ritus & hic erat. *Quod ad ſponſam attinet; vixdum*, inquit, *animadverterat mulierem ſe offerentem, ut virginales comptus ipſi demeret, & in longum necteret crines vittis, (pour lui ôter ſa coiffure de fille, & lui treſſer les cheveux en long avec des rubans*, habetur in Gallico) *quum ſe lacrimis tradidit*; & cetera. De quo Judaico ritu videas Lydium in Sermonum convivalium lib. I. Inſpiciantur Judaeorum quoque rituales libri. Ceterum ritum comendi, ſeu diſcriminandi capillos nubentium caelibari haſta praeter alios Blondus Flavius lib. VIII. Romae triumphantis illuſtravit. *Hunc autem*, inquit, *vel proximum morem aetatis noſtrae Romani ſervant: qui non quidem haſtam, ſed enſem ſponſae capiti, priuſquam domo egrediatur, ad ipſum limen, populo inſpiciente, ſuperponunt.* Hanc qualemcumque παρέκβασιν cognoſcendae antiquitatis cauſſa, rogo, boni conſulas.

CXXVII. 5. Heſychii, Suidae & Pollucis teſtimonia huic inſcriptioni illuſtrandae adponere placuit doctiſſimo Gudio. Majoris lucis ergo pauca addam elegantiſſimo huic fragmento, quod ſi integrum foret, multa praeclara ex eo litterato orbi promittere auderem. Ex iis itaque, quae notavit Gudius, conſtat forenſem conſuetudinem cauſſas agendi hoc monumentum reſpicere: primis quippe temporibus non cogebantur patroni intra paucas horas perorare, ſed magna eorum in cauſſis perorandis erat libertas, nec horarum ſpatio, immo ne quidem dierum numero circumſcripta peroratio, donec Pompeius tertio conſulatu legem tulit, qua accuſatori ad dicendum duae horae, reo ſeu defenſori ad innocentiam probandam tres horae concederentur. Aſcon. Pedian. in argumento Milonianae de Pompeio agens, *Utraque enim lex* (nempe altera de vi, altera de ambitu) *prius teſtes dari per triduum, deinde uno die atque eodem & ab accuſatore & ab reo perorari jubebat, ita ut duae horae accuſatori, tres reo darentur.* Huc reſpexit auctor dialogi de cauſſis corruptae eloquentiae cap. 38. *& modum dicendi ſibi quiſque ſumebat, & numerus neque dierum, neque patronorum finiebatur. Primus tertio conſulatu Cn. Pompeius aſtrinxit impoſuitque veluti frenos eloquentiae.* Idem teſtatur Cicero in Bruto C. 94. *Maxime vero perſpecta eſt utriuſque noſtrum exercitatio, paullo ante quam perterritum armis hoc ſtudium, Brute, noſtrum conticuit ſubito, & obmutuit: quum lege Pompeia, ternis horis ad dicendum datis, ad cauſſas ſimillimas inter ſe, vel potius eaſdem, novi veniebamus quotidie.* Hinc lepidiſſime hanc Pompeii legem vocat novam legem

de Finib. IV. 1. *Tum ille, Ain tandem, inquit, quum ego te hac nova lege videam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac me caussa tempus dilaturum putas?* De hac eadem lege intelligi debet idem Cicero ad Att. XIII. 49. Haec horarum spatia lege definita clepsydris, quibus aquae quantitas temporis spatio congrua infundebatur, metiebantur. Appuleius in Apologia pag. 292. edit. Elmenhorstii: *Quoniam tamen mihi pro accusationis longitudine largiter aquae superest; cedo, si videtur, singula considéremus.* Idem ibid. pag. 298. ejusd. edit. *At tu, interea dum legit, aquam sustine*: h. e. dum adversarius meus legit, digitum admove foramini clepsydrae, ne aqua effluat. Rursus ibid. pag. 304. *mea aqua licet ad hoc utare.* ✓. quamvis tempus perorandi mihi concessum tu dicendo consumas. Tandem pag. 333. *At tu licebit aquam sinas fluere.* ✓. ne amplius digito aquae fluxum impedias. Ab hoc ritu paroemiarum scriptores Graeci lepida proverbia orta reliquerunt. Diogenianus Centuria II. 61. Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ.] Ἐπὶ τῶν ματαιολογούντων. λέγει τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις πρὸς ὕδωρ λεγόντων. *Aquam frustra consumis.*] *In vane loquaces & garrulos. Ductum ab iis, qui in foro ad aquam caussas perorarent.* In appendice proverbiorum Graecorum e Vaticana bibliotheca Cent. I. 8. Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ.] Ἐπὶ τῶν ματαιολογούντων. μετήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ἐν δικαστηρίοις ὕδατος. *Frustra aquam perdis.*] *De inaniter loquentibus. Ductum a forensis clepsydrae aqua.* Proverbiorum e Suida Cent. II. 28. Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ.] Ἐπὶ τῶν μάτην ἐν λόγοις πονούντων. μετήνεκται ἢ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις πρὸς ὕδωρ λεγόντων. *Frustra consumis aquam.*] *In eos, qui frustra student eloquentiae. Translatum ab eis, qui in judiciis ad aquam dicere solerent.* Idem in proverbiis metricis 173. invenimus. De his itaq. aquis hoc monumentum loqui negari non potest. Videndum an huc non faciant verba Ciceronis in orat. pro Quintio C. 22. *praestituendae horae ad arbitrium nostrum.* Cic. in Verr. act. I. 11. dicit se usurum ad accusandum *legitimo tempore*; ad quem locum Anonymus scribit legitimum tempus fuisse centum & decem dies, & ad clepsydram certis horis dixisse defensores & accusatores notat. Hottom. ait viginti dies fuisse legitimum tempus; quem vide. Cic. Accus. in Verr. I 9. 11. Plin. I. ep. 20. 23. II. 11. VI. 2. Cic. Accus. in Verr. I. 19. *Kool.*

MASSALLA. CXXXII. 4. [MESSALLAE in exemplo Gudiano reperitur.]

CXXXVIII. 2. RVFO. Fragmentum esse prorsus mihi persuadeo.

C. CALPVRNIVS ASCLEPIADES
PRVSA AD OLYMPVM

est apud Reinesium in class. XI. inscr. 4. *Kool.* De Prusa ad Olympum, & Prusa item altera ad Hypium, Cellarius in Geographiae antiquae lib. III. cap. VIII. & eorum interpretes, quos citat, auctorum adhibendi. Situm Prusae ad Olympum, & qua itur Ancyram, videre licet in tabellis duabus, quas Tournefortius in Itinerario Asiae Minoris Gallice composito in tomo II. pag. 187. describi curavit.]

CXXXVIII. 5. Etsi verbosa minime haec sit inscriptio, subobscura tamen est, ideoqve paucis illustranda. Versus primus si probe fuerit descriptus, T. C. A. explico *Testamenti caussa amico*; sin vero fuerit hoc modo conceptus, T. CA. interpretor cum Scaligero aliisque *T. Carisio*; & revera dubito, an non haec scriptura propius fidei lapidis accedat, nam inusitata fere est haec ratio dispositionis titulorum, ut nempe incipiant a ratione erecti monumenti; solet haec epigraphen claudere, ut ex innumeris inscriptionibus patet. Quare si legamus Tito Carisio, lubenter versu secundo pro SECVNIO legerem SECVNDIO, hoc est, *Secundioni:* prius enim nomen nullibi reperire potui, posterius ex Fabretti Inscript. C. IV. p. 296. notum est. Priores siglae ultimae lineae Q. Q. explico Quinquennali, vel Quinquennalitio; etsi in aliis inscriptionibus addi soleat corpus, vel collegium, cujus quinquennalis, vel quinquennalitius fuerit is, cui monumentum positum est, uti ex Scaligeri indice discere possumus. Verum quum nemo has siglas aliter interpretatus fuerit, & hic ita accipiendas puto. De his quinquennalibus, eorum munere & dignitate multa pererudita, & ex inscriptionum doctrina hausta congessit Jac. Gothofredus ad L. 7. Cod. Theod. de Pistoribus & Catabolensibus, quae est in tit. III. lib. XIV. Quod sequitur difficultatem non habet. *Kool.*

CXLIV. 4. [In apographo libro Gudiano sic reperitur.

A. ASIATICO. CL. V. SENATVS. ALBENSIS
Albae in Marsis.
In alia epist. correctius & melius ita
ASIATICO. C. L. V. F
SENATVS ALBENSIS
Nella terra della Sucreola
Id est,
In terra Sucreolana
intus stabulum D. Francisci de Bonistemporibus de Scuriola in lapide non integro.]

SERTINIA. CXLV. 1. [STERTINIA apud Gudium recte est.]

ACIRIA. FELICITAS. CXLV. 5. [ACIRIA. FELICITA apud Gudium est.]

VLPIAE. CXLVI. 2. [VLPIA in exemplo Gudiano reperi.]

F. [P. in exemplo Gudiano reperi. F. *fecit*, P. *posuit* significat.]

AN. XIII. CXLVI. 4. [AN. XIIII. scriptum inveni in Gudiano exemplo.]

AN. XIII. [AN. XIIII. quoque ibidem est.]

N. AERVMNIO. CXLVII. 3. [M. AERVMNIO. apud Gudium est.]

IN. AGR. P. XIII. [IN. AGR. PED. XIII. apud Gudium est.]

AELIA. RESTITVTA. NAENIANA. CXLVIII. 8. [ALLIA. RESTITVTA. NAENIANA. secundum exemplum Gudianum lege.]

QV. VIX. ANN. XV. CXLIX. 3. [QV. VIX. ANN. XVI. est in Gudiano exemplo.]

H. VIII. [H. VII. est in Gudiano exemplo.]

ANN. LXXIX. CXLIX. 6. [AN. LXXIX. est apud Gudium.]

ET. T. F. C. [EX. T. F. C. est apud eundem.]

AQVILLIAE. VXORI. CLI. 1. [AQVILLAE. VXORI. scriptum in exemplo Gudiano reperi.]

ARBOCVLO. CLI. 2. [ARBOSCVLO secundum exemplum Gudianum.]

PRAEF. CLI. 3. [PRAEFEC. in exemplo Gudiano reperi.]

CLIII. 5. *Romae in contracta, quae dicitur Caballi.* Id est (ut arbitror) Romae in contrata sive regione Caballina. Haec inscriptio quoque inter eas inscriptiones, quas dissertationi de columna Antonini Pii subjecit Vignolius, pag. CCCX. est.]

BARBAT. [BARBATI. in Gudiano exemplo inveni scriptum.]

CLXI. 6. Vel accuratissimum in describendis lapidibus errare posse testis erit vel haec inscriptio. Vidisse se hanc fatetur Gudius in palatio Aldobrandinorum, ex quo in Museum Carpineum translata videtur, nam doctiss. Fabrettus ex eo hanc adfert cap. III. Inscript. 132. quod Museum quum quotidie perlustraret, immo & ejus perlustrandi copiam mihi & conjunctissimo Voorstio fecerit, primum de Gudii diligentia dubitavi, diversam enim in nonnullis a Fabretto videbam: attamen primam vocem dum contempior, non possum

non,

non, quin Gudii dexteritatem multis nominibus celebrem. Nam quis paenomen, quod habet Fabrettus, intelligat TI. PERI. quale hoc paenomen certe fidei lapidis accedit Gudii TIBER. Tiberius. Mitto alia, quae αὐτόπτης definiat. Taceo ipsam lapidis formam diligentius, ut in plerisq. a Gudio exhiberi. Quare nihil detrahere cupientes Gudianae industriae, haec negligenda minime fuit. *Kool.*

CLXIII. 2. *A Paganico vicino all' Aquila nel Abruzzo.* Id est, *Paganici non longe ab Aquila in Aprutio.*]

COHORTE. CLXIV. 9. [COHORTIS scriptum in exemplo Gudiano reperi.]

AETELIAE. [ETAELIAE scriptum in exemplo Gudiano reperi.]

CLXVI. 5. [Est, ut apparet, in DXXXII. pagina Gruteri 7. loco haec eadem inscriptio paullo plenior.]

CLXXVII. 9. Adde Gruter. CCCCXL. 2. *Kool.*

L. Mussidius L. F. Arn. Senecio & cetera. CLXXVII. 9. [Adde harum inscriptionum pag. CXXXII. loc. 5.]

GEM. AVG. CLXXXI. 9. [AVG. GEM. in exemplo Gudiano reperitur.]

CLXXXIII. 3. SEX. SAMMIO. VOT. SEVERO. Linea tertia pro GERMANICO legendum puto GERMANICAE. Linea quinta COEPH. an *coaephorus? Kool.*

C. LEG. [Id est, *centurioni legionis.*]

COR. [COS. est in Gudiano exemplo.]

AQVILIAE. [Hoc est, *Aquileiae.*]

D. [Id est (ut arbitror) *decurio.*]

CLXXXIV. 4. Mutilam hanc nobis dedit Fabrett. cap. v. 116. Unde vero Gudius eandem integram acceperit, an ex ingenio suppleverit, meum non est inquirere. Certe si Fabrettus lapidem ipsum viderit, & non alia ex ea describere potuit, ac ea, quae exhibet, eleganter a Gudio suppletam fatebuntur omnes. Nec quicquam in ea muto, quamvis Fabretti explicationi insistens id commode facere possem. Nam versu quarto facile MSENENS. avulsum, & siglae sequenti additum dixerim; & legerem *Misenensium Trieris Fortunae.* Verum diligenter satis haec examinasse mihi videtur Gudius, quum siglam explicaverit *Quadrieris Fortunae:* quod aeque ac trieris dici posse nemo negabit. *Kool.*

IIII FORTVNA. [Id est, quadrieris Fortuna. *Gud.* Notas etiam Gudii ad Phaedrum in libro IIII. fabula XXIIII. versu 12. vide.]

A. Timinio Iannuario & cetera. CLXXXV. 1. [Inscriptio quoque in notis Gudii ad Phaedrum in libro III. fabula XVIII versu 7. legitur, sed paullo secus.]

CLXXXVI. 8. A. VICTRI. Mendum in hac voce haerere prorsus mihi persuadeo. Victria utique gens huc usque ignota. Quare lubens legerim VICTORI, notissima enim est Victoria gens. *Kool.*

CLXXXVIII. 1. AB. ARGENTO. POTORIO. Intolerabilem Romanorum luxum qui novit, non mirabitur inter innumera ministeria etiam fuisse eos, quibus argenteorum poculorum cura commissa erat; nec tantum hominibus, sed etiam feminis hanc curam mandare voluerunt. Sic apud Gruter. IↃLXXVIII. 5. habemus VIBIAM LIVIAE. AVG. SER. AB. ARGENTO. POTORIO. & apud eundem IↃLXXXII. 7. GEMELLVM. AVG. LIB. PRAEPOSITVM. ARGENT. POTORI. Plurima, quae ab aliis de luxu Romanorum circa pocula dicta sunt, addere possem, si aliorum scrinia compilare vellem. Verum adeatur Juvenal. Sat. v. 40. & quae istic interpretes notarunt. Vide porro Pignorium de servis p. 389. *Kool.*

D. M. AELIAE. ARTEMIDORAE. & cetera. CLXXXIX 11. [Eadem inscriptio est, quae infra pag. CCXXVI. loc. 6.]

CLXXXIX. 12.

D. M.
T. AELIVS. AVG. LIB. LVCIFER
VRBIVS. SIBI POSVIT

Lap. se vibus. *Pisis in Campo S.*

Habet Grut. IↃCIV. 6. sed inserenda. *Kool.* Apud Gudium sic inveni. Vide Gruteri corpus repetitae editionis.]

A. RATION. CXC. 4. [AROTION. est in Gudiano exemplo. Ibi adscriptum est, *An a ration.* v. *p. seq. 5.* Indicata est inscriptio ea, quae posita est pag. CXL. loc. 4.]

OLYPIONICO. CXCI. 1. [OLYMPIONICO secundum exemplum Gudianum oportet legas.]

A. LAGENA. CXCI. 6. [Ad illud, ALAGENAE, quod apographon habet, Gudius (ut opinor) adscripsit, *Scrib.* A. LAGENA.]

CXCI. 8. PHILADELPHI. Linea quarta. SERVI. SCALLIANI. TABVLARI. Nihil fere hic intelligo. SCALLIANI. an a scalia, sive scallia? (utroq. enim modo scribitur.) Scalliae autem, ut explicat Du Cange, sunt lapides sectiles, quos nos *leyen* vocamus. Vide omnino Du Cange; ex quo patet aliter vocari scalarios & squillarios. *Kool.*

PHILADELPHI. [PHILADELPI est in Gudiano exemplo.]

CVBICVLARI. CXCIV. 2. [CVBICLARI secundum exemplar Gudianum.]

LIBRARIVS. CXCI. 10. [LIBRARIVS. ET secundum exemplar Gudianum.]

CXCVI. 4. *Cythna hic situs est.* Ita marmor, & de muliere explicat Ligorius. *Kool.*

A. XII. CXCVIII. 2. [A. XVII. in exemplo Gudiano reperi.]

CXCIX. 7. Procurator mutatorii Caesaris. Mutatorium posterioribus temporibus dictum vestimentum pretiosius, quod cum aliis minoris pretii commutatur. Vide Du Cange gloss. med. & inf. Lat. Imperatorum vestimenta varia fuerunt. Invenies *a veste castrensi* ap. Fabrett. IV. 409. *a veste Imp. privata* ap. Reines. IX. 86. *Kool.*

CCI. 4. Adde Gruter. IↃLXXVIII. 5. *Kool.*

C. Pilumnio Juliano Aug. lib. a manu. CCI. 11. [Lapidem a Gudio notatum invenies hic pag. CXCI. loc. 10.]

CCI. 12. [Apud Fabrettum cap. 1. loc. 215. pag. 41. quoque inscriptio reperitur.]

CCI. 14. Nomen mulieris, cui haec posita inscriptio, non invenio; corrupta & confusa omnia. Nescio, an versu secundo non sit leg. PSALTRIA. *Kool.*

coNIVGI. CCII. 10. [coNIVG. in exemplo Gudiano reperitur.]

MANLI. T. F. CCII. 11. [MANLI. T. F. AENI. secundum exemplum Gudianae collectionis legendum est.]

NICE. [ENICE. est in eodem exemplo.]

CCVI. [Apud Reinesium in classe decima haec est prima inscriptio.]

CCVII. 3. LOGIVS. PATROCLVS. Leve mendum in hoc nomine: legendum puto L. OGIVS. Hanc emendationem confirmat inscriptio apud Reines. X. 4. ubi L. OGGIVS VENVSTVS inter cultores Herculis Somnialis recensetur. *Kool.*

CN. ALBIDIVS. CCIX. 5. [CN. ALBIDIV. *sic.* *sic* in exemplo Gudiano scriptum est.]

CCIX. 12. TEGVLARIVS. Vide Reines. XI. 92. *Kool.*

DOMITA. [DOMITIA est in Gudiano exemplo.]

STENELEVS. CCX. 10. [STENELVS secundum exemplar Gudianum.]

ΑΡΧΙΤΗΑΗΣ. ΕΥΝΟΜΟΥ. CCXII. 2. [ΑΡΧΙΤΗΛΗΣ ΕΥΝΩΜΟΥ secundum exemplar Gudianum. Koolius puta-

bat ſtatuae artificem nomen ſuum inſcripſiſſe.]

ΜΥΚΑΛΗΣΣΙΟΣ. [Stephanus Byzantius ἐν τῇ ΜΥΚΑΛΗΣΣΟΣ. Τὸ ἐθνικὸν, Μυκαλήσιος, καὶ Μυκαλησία. Sic Thomas de Pinedo legit. Abrahamus autem Berkelius ſic. Τὸ ἐθνικὸν, Μυκαλήσσιος, καὶ Μυκαλησσία.]

CCXII. 6. Veſtiario tenuario. V. Rein. XI. 77. *Kool.*

CCXIV. 1. P. CORNELIVS. P. L. PHILOMVSVS. Linea ſecunda & ſequenti PICTOR. SCAENARIVS. De vario ſcenae ornatu multa congeſſit Bulengerus in opuſculo de theatro cap. XXI. Varias quoque figuras in ſcena depictas fuiſſe ex Vitruvio L. VII. C. 5. diſcimus. Gruterus CCLXX. 6. diſſignatorem ſcaenarum habet, quem Fabrettus c. IV. p. 335. interpretatur architectum. *Kool.* Id etiam notatum ex parte in altera editione Gruteriani libri. De ſcenarum picturis & pictoribus ſcripſit etiam Junius in lib. II. cap. VIII. § 8. de pictura veterum; & in catalogo architectorum, mechanicorum, ſed praecipue pictorum, ſtatuariorum, caelatorum, tornatorum, aliorumque artificum, in his, *Eudorus* & *Serapion.*]

CCXIV. 3. *Scriba libraria.* Adde Gruter. IↃXCIV. 3. Fabrett. III. 542. & Beger. in Spicilegio antiquitatis p. 76. librarias lanipendias interpretantur: ſed quid tum de ſcriba libraria noſtra? *Kool.*

CCXV. 10. Ad cl. XI. nim. ad artes & profeſſiones retuli, nam ad officia domus Auguſtae recte referri non poterat, quia non vocatur AVG. LIB. ſed SEX. POMPEI. LIB. Munus tamen ad domum Auguſtam pertinere probant multae inſcriptiones, in quibus is, qui ab epiſtolis Graecis erat, AVG. LIB. vocatur in noſtris CXCVIII. 8. Vide etiam Fabrett. C. II. 65. *Kool.*

Heriae Thiſbe & cetera. CCXVII. 1. [Tobiae Gutberlethi Conjectanea in hoc monumentum lege. Sunt ejus opuſcula per Halmam noſtrum foras data anno CIↃ IↃ CCIIII. Conradus Samuel Schurzfleiſchius in epiſtola ad Joannem Jacobum a Cratz (eſt in epiſtolarum arcanarum tomo II. loco LXIIII.) ait, in lapide ſic legi.

HERIAE. THISBE
MONODIARIAE
TI. CLAVDI. GLAPHYRI
CHORAVLAE. ACTIONICA
ET. SEBASTONICAE. TERRENVM
SACRATVM. LONG. LAT. P X.

Litteris autem minoribus ſic.

IN. QVO. CONDITA. EST. FOEDERE]
NOLI
NE. SACRILEGIVM. COMMITTAS]

Diaetarius navarchus. CCXVIII. 7. [Gyraldi liber de re nautica cap. XVIIII. Dukeri animadverſiones in Opuſcula varia de Latinitate juriſconſultorum veterum pag. 397. Pitiſci Lexicon antiquitatum Romanarum inſpici poſſunt.]

Diaetario gymnaſiarcho. CCXIX. 2. [Diaetarius curator diaetae navalis, praepoſitus tabulis ad topographiam & navigationem pertinentibus. Diaetarius etiam appellabatur miniſter diaetae gymnaſticae, ut antiqua epitaphia dicunt. Alciatus legit *diatureus.* [*Legendum eſt, uti arbitror, Graece* διαιτηρέοι, & cetera. Hoc Alciatus Praetermiſſorum lib. II. pag. 230. *Fuit tempus, cum legendum exiſtimarem* διαιτηρέοι: & cetera. Hoc idem Alciatus Diſpunctionum lib. III. cap. XXI. ſcripſit.] Sed in veteribus memoriis diaetarius ita is, qui navarchus erat, atque ille, qui a diaeta gymnaſtica, ut eſt in his. Haec Ligorius fere in ſuis adnotationibus Italicis. Vide etiam, quod proxime adnotavi.]

Conſtantinianiar. thermarum. CCXIX. 2. [Conſtantinianas thermas recenſent ii, quos in Lexico antiquitatum Romanarum Pitiſcus citat, auctores.]

Q. Nonio Priſco & cetera. [Satis longo intervallo poſt conſulatum Priſci & Orfiti Conſtantinus ad lavandum inſtituit opus ceteris haud multo diſpar. Haec igitur inſcriptio; ſi longius, quam unius ſaeculi, intervallum eſt interjectum inter hos conſules, atque illum natum Aureliano Auguſto & Baſſo ſecundum conſulibus; aut una ex duabus inſcriptionibus conflata videatur, neceſſe eſt, aut recentior memoria longe vetuſtiori ſuperaddita.]

MATTIVS. ADIVTOR. & cetera. CCXX. 2. [Inſcriptio quoque videri poteſt in notis Gudii ad Phaedrum in libro V. fabula V. verſu 14.]

CCXXIII. 2. *Ratiariarius.* V. Steph. Th. L. L. in *Ratis*; & confer Ligorii explicationem, quae minime abſurda. *Kool.* Haec inſcriptio inventa eſt, quum propugnacula praeparabantur ad Centumcellas, qui locus hodie nominatur *Civita vecchia. Ratiariarius* eſt fabricator ratium. A ſiniſtra in eo ſaxo inſculpta ſunt inſtrumenta, quibus ad naves fabricandas utuntur fabricatores navium, aſcia, dolabra, terebrae, ſerra, norma. Sed Paullus juriſconſultus in lege XXX. D. de pigneratitia actione, vel contra, a rate dicit *ratiario*, qui eſt navicularius, gubernator. Haec fere Ligorius in ſuis adnotationibus Italicis: quas non ab re fuiſſet ſingulis inſcriptionibus ſubtexuiſſe. Quod reliquum eſt; adhibe legis interpretationes a juriſconſultis factas, & Pitiſci Lexicon antiquitatum Romanarum in vocabulo *Ratiarius.*]

Et te, terra, & cetera. CCXXV. 2. [Eſt apud Sponium pag. 219. & apud Fabrettum pag. 285.]

CCXXV. 3. Fucina quid? Mendum latet verſu ultimo. Lege CONCAMERATVM. *Kool.*

C. L. [C. LIB. apud Gudium eſt.]

FVCINAM. [Faber ferrarius *fuſcinam*, id eſt, tridentem facile potuit procudere. *Piſcinam* igitur cogitabam. Sed vide, ſi locus Spartiani in vita Caracalli cap. VIIII. de aereis cancellis, quibus cameratio tota concredita erat; & is cum adnotatione Salmaſii adpoſitus eſt ad aliquam conjecturam faciendam: illo etiam addito: *Fuſcina*, κάμαξ, τρίοδους, τρίαινα, τριωδόντιον, δίκρανον; quod in gloſſis antiquis legitur. Inde hic neſcio quid bifurci vel trifurci ſuſtentaculi camerationis ſomniabam. Ceterum de *concamaratione ferrea* commentatus eſt nonnihil Reineſius ad I. claſſis inſcriptionem CV.]

CVM. CAMERATVM. AEDIF. [CVM. CAMARATVM. ÆDIF. apud Gudium eſt. *Camara* & *camera* utrumque dicitur: ſed *camara* dicere magis placet, quam *camera.* Namque, ut in gloſſis veteribus eſt, καμάρα, *teſtudo*, *fornix*, *arcus.* De hoc Rigaltius, Gudius, Schefferus, Burmannus, in notis ad Phaedrum in libro IIII. fabula XXIIII. verſu 29. conſuli poſſunt. At Broukhuſius in notis ad Propertium in libro III. elegia I. verſu 50. *camera* non improbavit auctoritate Lucretii, & fide Chariſii. Quin etiam Dauſquii orthographia inſpici poteſt.]

CALIGARIARIO. CCXXV. 4. [Caligarum effigies eſt indicata, quum ab aliis, tum a Bynaco de calceis Hebraeorum lib. I. cap. V. & VI. Haec autem forma caligae reperitur in Ligorianis adnotationibus Italicis.



Haec etiam forma κοτύκοδος sive κοτυκόδος ibidem reperitur.



De eo tegmine pedum Julius Pollux lib. VII. cap. XXII. & Hesychius ὁ τῇ Κοτυκόδι, & Suidas ὁ τῇ Κοτύκῳ, & auctor Etymologici magni ὁ τῇ Κοτύκους, & σχολιαστὴς Aristophanis ὁ Ἐκκλησιαζούσαις in versu 843. & Clemens Alexandrinus in Paedagogo lib. II. cap. XI. consuli poterunt.]

AELI[illegible]. CCXXVI. 3. [AEL] scriptum in exemplo Gudiano reperi.]

D. M. AELIAE. ARTEMIDORAE. & cetera. CCXXVI. 6. [Eadem inscriptio est, quae supra pag. CLXXXIX. loc. 11.]

CCXX[illegible] II. 2. DOM ☙ AETER ❧ Habet Fabrett. III. 626. 236. sed in secunda voce manifestus est error Fabretti. De domo autem aeterna v. Fabrett. II. pag. 112. *Kool.*

AELIAE APITITIAE CCXXVII. 3. [APIIAE APHELIAE in altero exemplo Gudiano reperi. Id est pag. IↃCXCV. loc. 3.]

CHONIA TABIA. [CHONIA FABIA in altero exemplo Gudiano reperi. Est ibi ista subscriptio.

In vestibulo SS. Quatuor Coronator.

Vide *Apiia Aphelia* in indice XXIII.]

HOR. I. T. ALLIVS ADMETVS. CCXXVII. 7. [HORBALIVS ADMETVS. Gudius adnotationem ejusmodi adposuit his ita descriptis. *Lego:* HOR I. T ALLIVS ADMETVS *Nam Titi Allii Profuturi pater vocabatur Titus Allius.*]

CCXXVIII. 1. Notanda haec inscriptio ob praenomen mulieris integris litteris expressum. Et linea 4. videtur legendum *pulchrissimae. Kool.*

CCXXVIII. 1. *M. Alpusu Juvenci Quiriniae tribus.* [*M. Alpusii Jovenci Quirinae tribus.* Eam tribum Quirinam vocabant.]

CCXXVIII. 2. Mediam hujus inscriptionis partem vide apud Reines. XII. 6. quae revera perfectam inscriptionem constituit. Vereor, ne tres inscriptiones, quae separatim scribi debebant, hic conjunctae sint. Prima erit duarum priorum linearum, secunda sex sequentium usq. ad Q. FIR. Illic tertiam inchoare prorsus verisimile mihi est. *Kool.*

ANNAE. [ANNEAE. scriptum in exemplo Gudiano reperi.]

ANNO. [ANNOS. scriptum in eodem exemplo reperi.]

CCXXIX. 7. [Quod est apud Gudium, POSVIT in extrema inscriptione deficit.]

CCXXIX. 11. *Franc: Redium* & cetera. [*Franc. Redii* legendum est.]

VARONILLAE. [VARRONILLAE. secundum exemplar Gudianum lege.]

VALERIANVS. [VALERIAN secundum exemplar Gudianum lege.]

CCXXX. 8. Linea prima SEX. BITTIVS. f. l. SEX. BRITTIVS, vel addenda familiis a Gudio recens repertis. *Kool.* f. l. BRITTIVS, vel dicendum gentem esse huc usq. ignoram. In meo codice, qui olim Wittii, BITTIVS. *Kool.*

HYMNAIDI. [HYMNIDI in codice Wittii est.]

CONTIBERNALI. SVAE. [CONTIBERNALI. VIVAE in codice Wittii est.]

Q. ET. ↄ. L. CCXXXI. 1. [Q. ET. 7. L. scriptum in exemplo Gudiano reperi.]

SEVR. AVG. [SEV . AVG scriptum in exemplo Gudiano reperi.]

PAELINVS. FRATER. [PAELINVS FRATR scriptum & inumbratum ibidem est.]

INFAS. [Pierium vid. as ad Virgilium in principio eclogae II.]

SINT. LILIA. [AI SINT. IA. *Gud.* De violis Plinius ait in lib. XXI. naturalis historiae cap. VI. *Ex iis vero, quae sponte apricis & macris locis proveniunt, purpureae latiore folio statim ab radice carnosa exeunt, solaeque Graeco nomine a ceteris discernuntur, appellata ia, ut ab his ianthina vestis.* Sed Bodaei commentarium legas in Theophrastum περὶ φυτῶν ἱστορίας in lib. VI. cap. VI.]

NVLL. [NVLLI. scriptum in exemplo Gudiano reperi.]

PARE ES. [PARENTES scriptum in exemplo Gudiano reperi.]

Et Claudius Polydeuce & cetera. CCXXXII. 5. [„ Hae duae „lin. litt. recentior. & minutioribus postea additae. Quae quum ita sint in Gudiani exempli margine, nollem immutata.]

CCXXXIV. 1. Nota linea octava & decima MATRI. PATRI. Leg. MATER. PATER. *Kool.*

PROS. [PRO. S. legendum videtur, hoc est, pro dimidia parte. Valerius Probus. *S. Semis.* Anonymos. *S. Semissis nota.* Volusius Maecianus *Pars dimidia Semis vocatur. Nota ejus S.* Vocabula partium assis de modo agrorum sunt in promptu.]

CCXXXV. 2. EPICIESE. Lego EPICTESI. Linea ultima PELI. GA. Abunde patet legendum PELAGI A. ita ut Menander pater & Pelagi mater filiae Epicteti monumentum posuisse dicantur. *Kool.* Ita haec inscriptio est apud Gudium.

D· M· S·
EPICIESE FIL.
DVLCIMAE
FECERVNT
MENANDER· P·
PELI· GA M]

CCXLI. 4. ONESIMVS. SPERATO. Linea ultima LVG. FECIT. D V S. Levissima immutatione lego LVG. FECIT. D. S. V. & explico, lugens fecit de suo vivens. *Kool.*

ANNIS. [ANIS est in Gudiano & Wittiano exemplo.]

DIEB. [DIIB. est in Wittiano exemplo.]

LVG. FECIT. DVS. [LVG FECIT. DVS est in Wittiano exemplo. LVG & DVS, quam FECIT. majuscula notari volo.]

CCXLI. 10. Litt: III. sec. [*Lit.* 3. *sec. in tab.* apud Gudium legitur.]

Labore & cetera. CCXLI. 12. [Est apud Reinesium in cl. XII. N. 127.]

Nam fuit eximia specie & cetera. CCXLV. 5. [Est apud Gruterum pag. IↃCCVIII. loc. 5. & apud Ferretium lib. III. mem. 6.]

C. TVRRANIVS. HERMADON. CCXLVI. 1. [C. TVR. *sic.* RANIVS. HERMAbON secundum exemplar Gudianum.]

CCXLVII. 2. *Romae in hortis Bofii in tabula litteris medii aevi.* [*Romae in hortis Bofii in tab. litt.* 3. *sacc. med.* secundum exemplum Gudianum.]

INVIA. [*F. l.* VIDA. *Kool.*]

L. VOLVSIO. CCXLVIII. 7. [L. VOLVSSIO scriptum inveni in exemplo Gudiano. Adscriptum est: *F. l.* VOLVSIO.]

CCL. 6. *Inventa* cIↃ IↃ CLXII. [Ea, quae sunt perperam disjuncta, conjunge. Exemplar autem inscriptionis est in collectione Gudii pag. CCCLXXXV. loc. 2.]

CCL. 7. *Romae in aedibus Herculis Ronconii.* [Pro eo id, quod proxime ſuperius eſt in collectaneis Gudii, videtur reponendum eſſe:

Romae in palatio Camilli de Maximis patriarch. Hieroſol.]

AN. XXXIII. [AN. III. in exemplo Gudiano reperitur. Supplevit numerum annorum Koolius neſcio unde. Trima quae periit, mater fieri nullo modo potuit.]

EX. TESTAMEN. CCL. 8. [EX. TESTAMENT. eſt apud Gudium.]

P. XVII. [P. XVII. eſt apud eundem.]

CCLI. 6. *Reperta in monte Piaſco*, & cetera. [In Ligorii ſubſcriptione Italica Koolius legerat: *Trovata in monte Piaſco*, & cetera. Fortaſſean *in Monte Fiaſcone* legendum eſt. Poſt de inſcriptione, & de Rocco ſculptore, quem ait ex eodem ortum loco fuiſſe Ligorius, videro. Commemoratur ab Ortelio in Theſauro geographico, & a Merula in Coſmographia, & a Cluverio in Italia antiqua, & a Königio in Bibliotheca vetere & nova, & ab aliis, Antonii Maſſae liber de origine & rebus Faliſcorum; qui jam in Theſauro antiquitatum & hiſtoriarum Italiae in tomo VIII. in parte III. legi poteſt. Indicant Acta eruditorum publicata Lipſiae menſe Maio A. CIↃ IↃCCXXIII.]

ANNIAE. CORNELIAE. [ANNIAE. CORNELIANAE. ſcriptum in exemplo Gudiano reperi.]

NAMEMIA. CCLVIII. 9. [NAMEMIAE ſcriptum in exemplo Gudiano reperi.]

VOLVSIAE. PRIMITIVAE. CCLXI. 9. [VOLVSIA. PRIMITIVA ſcriptum inveni in exemplo Gudiano.]

SINE QVERELA. CCLXII. 10. [SINE QVERELLA ſcriptum in exemplo Gudiano reperi. Inſpice Dauſquii & Cellarii libros de orthographia. Ceterum de antiquis formulis hujuſcemodi Briſſonius in libro VII. conſulatur. Ex hoc genere illud eſt apud Paullum in Pandectis ſub titulo de auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis, veſte vel veſtimentis & ſtatuis legatis in lege XXXV. *Titiae amicae meae, cum qua ſine mendacio vixi, auri pondo quinque dari volo.*]

MERITAE. CCLXIV. 1. [MERENTI ſcriptum in altero inſcriptionis exemplo Gudiano reperi. Careo altero.]

CCLXIV. 4. M. ANTONIO. BALBI. F. HILARO. Notanda haec epigraphe; primo quia uxor non ſequitur nomen familiae mariti; ſecundo, quod magis notandum, filius, cujus etiam mentio in hac inſcriptione, non ſequitur nomen familiae patris, neq. matris. Oportet itaq. filius ex alio marito fuerit ſuſceptus, & haec ad ſecunda vota tranſierit. *Kool.*

QVAE. PET. . . S. CAVSA. CVM. . . . . LVERETVR. ET. CCLXIV. 6. [QVAE. PET. . . SCAVSACVM . . . LVERETVR. ET. eſt in Gudiano exemplo. Ea neſcio cujus rei cauſſa (centum enim fuere cauſſae, cur mulieres Romanae identidem lavarentur) quum lueretur & . . . . . , opinor, eſt emortua. Dio refert in Romanarum hiſtoriarum lib. LIII. Marcellum filium Octaviae ſororis Auguſti periiſſe ψυχρολουσίαις καὶ ψυχροποσίαις, id eſt, frigidis lavationibus & frigidis potionibus; quibus Auguſtum curatum a Muſa, ſcribunt etiam alii auctores. Graeca illa Dionis illuſtrari poſſunt per interpretem Horatii a Cruquio editum in epiſt. XV. lib. I. quum ait inter cetera: *non ſolum perfuſionibus frigidis, ſed etiam gargariſmis, Cicerninae aquae, quae eſt Atellae in domo Caeſaris, & potionibus.* Puellarum ſtudium lavandi Plautinae comoediae notaverunt. In Moſtellaria in actu I. in ſcena III.

Jam pridem ecaſtor frigida non lavi magis lubenter,
Nec quom me melius, mea Scapha, rear eſſe defaecatam.

Audi reliqua. In Poenulo in actu I. in ſcena II.

Negotii ſibi qui volet vim parare,
Navem & mulierem, haec duo comparato.

Audi reliqua. In Truculento in actu II. in ſcena III.

Piſces ego credo, qui, uſque dum vivunt, lavant,
Diu minus lavare, quam haec lavat Phroneſium.

Audi reliqua. Obſervationis Varronianae ad eum locum Turnebus, Lambinus, Taubmannus, aliique fabularum Plautinarum enarratores meminerunt. Eadem eſt correctio Acidalii, & emendatio Auguſtini. Uterque enim, *Ad lavant*, & paullo poſt, *ad lavari*, in verbis Varronianis ſeparatim legit. Quod in verſu Plautino eſt, *adlavant*; praepoſitio *ad* verbo *lavant* praepoſita videtur ob ea, quae ſequuntur, in libris vulgariis indiſtincta, & non ſeparata. Sed hactenus. Adde, ſi vis, Parei Electa Plautina ſub titulo *Balnearum*, *thermarum*, *lavationum*, *ablutionum.* Loca & vaſa & cetera, quae ad lavationem pertinerent, expoſuerunt etiam alii quidam docti viri, quorum libri latis noti ſunt. Suppeditabit Plinius ex Naturalis hiſtoriae lib. VII. cap. LIII. de mortibus repentinis exempla.]

PRISCIANA. CCLXIV. 8. [PRISCIANO ſecundum exemplum Gudianum lege.]

PVBLILIAE. CCLXV. 9. [PVBILLIAE ſecundum exemplar Gudianum.]

CCLXVI. 6. *Romae in S. Sabba. Cod. p. 23. a. 2.* Sic Gudius. Eſt enim aedes S. Sabbae abbatis & confeſſoris Romae in Avent. R. Rip. id eſt, in Aventino regione Ripae, (*rione di Ripa* vocant Itali) ſecundum tabulam Faldae.]

CCLXVI. 9. C. BEGNIVS. Ignota gens Begnia. Forte leg. BENIVS. quae gens ex Reineſio nota. *Kool.* Apud Gruterum pag. IↃCCLXIII. loc. 7. eſt, aliter ordinatis verbis, par aut eadem inſcriptio. Ita, volo, ut reconcinnetur ſuperſcriptio Kooliana. *Jaderae apud S. Chryſogonum.* Id hinc abeſt *pag.* 149. *b.* 5. Non ita longo intervallo Tragurium ab Jadera diſtat, ut facile monumentum in alterutrum locum tranſferri potuerit.]

In area. CCLXIX. 1. [Apud Gudium in collectaneis eſt *in arca.*]

Eutychi. [Gudius in notis ad Phaedrum in principio libri III. in prologo meminit hujus inſcriptionis.]

TITVLV. . CIT. CONIVGI. BENEM. CCLXIX. 13. [Id eſt, *titulum fecit conjugi benemerenti.* At, TITVLV VIT. eſt in Gudiano exemplo; quod interpretor, *titulum poſuit:* ut apud Gruterum pag. CCCCVIII. loc. 3. habetur,

TIT. POS. FRATRI
PIEN

Itaque in Probi libello de notis Romanorum interpretandis eſt, *T. P. Titulum poſuit.*]

CCLXIX. 14. C. CORNELIVS. C. L. AMANTHVS. Ut huic inſcriptioni ſenſus conſtet, hic primus vel tertius verſus eradi poſſe videtur. *Kool.*

Ↄ. L. CCLXXIV. 1. [Ↄ. L. in uno atque in altero Gudianae collectionis exemplo eſt. Exemplum utrumque pag. CCCLX. loc. 3. conjunctim deſcriptum habetur, fortaſſean emendandi gratia.]

PHILINO. [PHILLINO in altero exemplo eſt.]

CCLXXIV. 3. Hateria hic Primum vocat virum, i. e. conjugem, uti abunde nos docuit Fabrett. Inſcr. c. IV. additq. *patrono*, quod idem puto ac in aliis inſcriptionibus domino. *Kool.*

CCLXXIV. 8. HIRTIAE. Horas vitae tempori additas hic habes. Plura hujus rei exempla collegit Fabrett. c. III. *Kool.*

L. VIRRIVS. A. F. AELIPANIVS. MOSCHVS. [L. VIRRIVS. A. F. AEILIPANIVS. MOSCHIVS. eſt in Gudiano exemplo.]

ISIDORI. CCLXXV. 2. [Apud Gudium recte eſt ISIDORAE]

CONIVGI. B. M. CCLXXVIII. 1. [COIVGI. B. M. ſcriptum in exemplo Gudiano reperi.]

CCLXXX. 1. *C. Menanio.* Haec femina bis nupſit eidem genti. *Kool.*

CCLXXX. 11. Q. MVNDICIVS. Omnia ſi in hac ſana, praenomen habuit uxor: dicta autem M. i. e. Marcia. *Kool.* Significat M. vel Marcus, vel Martius; teſte Petro Diacono. Quod ad Marcam praenomen attinet, alio loco. Eſt nomen gentile Marcia. Apud Reineſium in clas. VI. loc. LXX. Marciae Meliſſae memoria exſtat.]

Gentiae. CCLXXXI. 4. [*Genuae* legendum eſt.]

NEGELLIAE. [NEGELIAE legitur in Gudiano exemplo.]

IVS. [Id eſt, *quatuor ſemis.*]

NERIAE. AMIAE. CCLXXXI. 5. [Inſcriptionis exemplum, quod in notis Gudii ad Phaedrum in libro IIII. fabula XXIIII. verſu 11. eſt, conferatur.]

CCLXXXII. 8. BABARICARI. Margini ſui codicis adſcripſit doctiſſ. Gudius ſeparandam hanc vocem, & legendum BABARI. CARI. Sed forte nihil mutandum: nam Barbaricarii erant, qui ex auro coloratis filis exprimebant formas hominum, animalium & aliarum ſpecierum, imitantes ſubtilitate veritatem. Ita eos deſcribit Donatus ad Virg. Aen. XI. Multa de his collegit Du Cange in Gloſſ. med. & inf. Latinit. Martinius in Lexico philologico Barbaricarium dictum ſcribit eum, qui barbaricas veſtes faciebat; alias Phrygio dictus. Hominis autem conditioni, qui hoc monumentum poſuit, quum non repugnet barbaricariam artem exercere, retinendum puto BARBARICARI. maxime quum in ipſo lapide ita legatur. *Kool.* Pitiſci Lexicon antiquitatum Romanarum inſpice.]

CCLXXXIV. 10. [Vide etiam in indice XXIII. *M. Anniolus Ponticus.*]

Et grata. [*Grata* & apud Gudium eſt.]

Optaverat. [*Optaverit* apud Gudium eſt.]

Commune. [*Comune* apud Gudium eſt.]

Θ. K. & cetera. CCLXXXVII. 3. [Hanc inſcriptionem ita interpretor: D. M. *Tryphon Protogeniae uxori ſuae memoriae ſervandae gratia.* Apud Gruterum ſic pag. DCLIX. loc. 9. eſt.

D. M
CHRYSANTHVS
TRYPHOSAE
ALVMNAE
MEMORIAE. CAVSA]

ΓΥΝΕΚΕΙ ΕΙΛΙΗ. [Id eſt, *γυναικὶ ἰδίῃ*, vel *ἰδίᾳ*: ut apud eundem Gruterum pag. DCXCI. loc. 6. ΤΕΚΝω ΕΙΔΙω, id eſt, *τέκνῳ ἰδίῳ.*]

ΧΑΡΙΝ ΜΝΗC. [Id eſt, *χάριν μνήμης*, aut *μνήμης χάριν*, ut vulgo legitur in hujuſmodi monumentis.]

CCLXXXVIII. 3. L. VENISSIVS. AVITVS. In linea ultima nihil prorſus intelligo. *Kool.*

ANCHARIAE. CCLXXXVIII. 5. [ANCARIAE eſt in exemplo Gudiano, ANCHARIAE eſt in margine. Eſt infra iſta ſubſcriptio.

Romae in hortis Juſtiniani tabula eſt lap. quadrata. 2. pedum. M. Aurel. temp. l. b. ae.]

CCLXXXVIII 9. VETILIAE. EVCHE. Linea ſec. M. OGVINIVS. Lego OGVLNIVS, quae gens eſt notiſſima. *Kool.*

CCXC. 1. Litteris difficilibus & fugientibus exaratam hanc quum dicat Gudius, menda quaedam tollenda ſunt, ut inſcriptioni conſtet ſenſus. Linea itaq. quinta pro QVEM. lege QVAM. & pro M. EST. V. MESTVS. Linea ſexta pro FILIAE. FILIA. undecima pro OCCIDIT. OCCIDAT. *Kool.*

OLYMPIAS [OLIMPIAS apud Gudium eſt.]

RELIQVIT. [RELIQIT. apud Gudium eſt.]

Invida & cetera. CCXC. 3. [Eſt apud Gruterum pag. IↃC LXX. loc. 5. & apud Ferretium lib. IIII. M. 3.]

Semicapri & cetera. CCXCI. 1. [Eſt apud Gruterum pag. IↃ CC LXXXVIIII. loc. 6. & inter ſpuria pag. XV. loc. 5. & apud Ferretium lib. V. M. 1.]

Sphingis. [*Sphingos* in exemplo Gudiano reperitur.]

Hic pietatis honos, & cetera. CCXCI. 2. [Eſt apud Gruterum pag. IↃCCCV. loc. 1.]

D. M. & cetera. CCXCII. 2. [Gudium videas in notis ad Phaedrum in libro I. fabula XXVII. verſu 4.]

CCXCV. 7. C. VIBIOL. f. l. C. VIBVL. hoc eſt, C. Vibuleius, vel VIBIL. id eſt, Vibillius. Utraque gens nota. *Kool.*

TIVLO. [TITVLO eſt in Gudiano exemplo.]

FELICI. . . . VS. CCXCVI 5. [Videtur fuiſſe FELICISSIMVS. *Gud.*]

Altorio & cetera. CCXCVII. 10. [Eſt apud Gruterum pag. IↃCCCLVIII. loc. 12. & apud Ferretium lib. III. M. 14.]

MEMORIAE. ANIOR. FAMILIAE. CCXCVII. 11. [Graevius in Theſauri antiquitatum Romanarum prooemio VII. edidit inſcriptionem.]

ANIA. P. FILIA. [Inveni haec quoque ita in exemplo Gudiano. Sed ANIA. P. F. in prooemio Graeviano inveni.]

LOC. EMPT. [LOC. EPT. in exemplo Gudiano reperi.]

P. XVIIII. [P. XIIX. in exemplo Gudiano reperi.]

PAVLINO. CCXCVIII. 5. [PAVLLINO geminata L. littera legitur in exemplo Gudiano.]

HILARAE. CCXCVIII. 6. HILARIAE ſcriptum in altero exemplo Gudiano reperi.]

CCXCVIII. 9. Ad cl. XVI. retuli, ac deſcripſi; ſed Ligorii explicationem non addidi, nam revera ridicula eſt: *κυσὸν* enim explicat oſculum, quum *κυσὸς* ſignificet pudendum muliebre. *Kool.* Eſt apud Heſychium: *Κυσὸς, ἡ πηγὴ, ἢ γυναικεῖον αἰδοῖον.* Quamquam etiam apud Suidam eſt: *Κῦσόν μι. φίλησόν μι. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·*

Κῦσόν μι, καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν.

Velim *σχόλιον* quoque videas ad iſtum locum poetae comici in verſu 81. Praeterea *σχόλιον* tale eſt ad Homerum in Iliados *ω* verſu 478. *Κύσι. Ἐφίλησεν.* Gloſſematorum autem ſcriptores interpretati ſunt: *Φιλέω. Suavior. Φίλημα. Oſculum. Baſium. Suavium.* ceteraque generis ejuſdem ad hunc ferme modum. Quid, quod Philematium in Plauti Moſtellaria ex eo nomen invenit? Noſti, credo, illud Lucretii in libro IIII. verſu 1163.

labioſa, φίλημα.

At CYSAE nomen Graecum, an barbarum ſit, neſcio. De reliquo, antiquum cameum (quod vocant) penes Alphonſum Molſam Mutinenſem poetam fuiſſe, Ligorius adnotavit, ita inſcriptum vitioſiſſimis litteris, quatuor verbis.]

AGRELLIA. CCCIII. 12. [ARELLIA *ſecundum exemplar Gudianum.*]

7. FELICIS. CCCIV. 6. [FELICI. exemplum Gudianae collectionis habet.]

SVAE. ET. GER. CCCV. 3. [SVAET. GE ſecundum exemplar Gudianum.]

FILIS. [FILIVS ſecundum exemplar idem.]

POSTERISQVAE. [POSTERISQVλE ſecundum exemplar idem.]

CCCIX. 9. RAECIAE. PAMPHILAE. Linea ſecunda NVNAE. Leg. NVNNIAE vel NVNIAE. quomodo occurrit apud Fabrettum cap. II. in. 143. *Kool.*

CCCX. 5. L. SEMPRONIVS. PAVLINVS. Linea ſecunda pro FIET. leg. FLAV. linea tertia delendum puto FE. *Kool.*

D. M. *& memoriae Severae* & cetera. CCCX. 6. [Eſt haec inſcriptio plenior apud Gruterum pag. DCCCLXXXVIII. loc. 13.]

CCCXIV. 8. [Alterum exemplum hoc eſt in collectione Gudii pag. CCLIII. loc. 3.

T. ANNAVO T. L.
PRIMO
ORENTILIA. BABBIA
P]

CCCXIV. 17. *Porto Gruaro in Friuli.* Id eſt, *Apud Portum Gruarum ſive Gruarium, quem Romatinum eſſe volunt, in Forojulienſi.*

CCCXXI. 19. GAVIRAE. Leg. GAVIAE. *Kool.*

CCCXXIII. 12. *Praeti Lyſippe & Iphianeſſa.* [*Proeti Lyſippe & Iphianaſſa* legendum. Apollodorus Βιβλιοθήκης lib. II. cap. II. Πρόιτῳ δὲ καὶ Σθενεβόιας, Λυσίππη, καὶ Ἱφινόη, καὶ Ἰφιάνασσα. Servius ad Virgilium in eclogam VI. *Proetides Proeti & Stenoboeae, ſive Antiopae, ſecundum Homerum, filiae fuerunt, Lyſippe, Ipponoe, Cyrianaſſa.* Sed & haec, & cetera de Proeti filiabus furiatis eſt invenire in commentariis ad notitiam hiſtoriae fabularis pertinentibus]

CCCXXIV. 21. LYPVS. CVR. QVINQ. Siglas explico, *Curator Quinquennalium*, ſive ſacrorum, ſive ludorum. Vide pererudita, quae de Quinquennalibus & Auguſtalibus notavit doctiſſimus Reineſius cl. VI. 63. *Kool.* Pitiſci Lexicon antiquitatum Romanarum inſpici poteſt.]

PERPENNA. CCCXXVIII. 6. [PERPERNA eſt in Gudiano exemplo. Dauſquii opus orthographiae vide.]

CCCXXVIII. 9. *Mazzantis.* [Adde illud, *in tab. litt. b. ae.*]

PETRONIA. ↄ. L. [PETRONIA. 7. L. ſecundum exemplar Gudianum eſt. ↄ. L. ſive 7. L. Caiae liberta eſt.]

MARITIMO. CCCXXXV. 4. [MARITTIMO ſcriptum in exemplo Gudiano reperitur.]

Te, lapis, & cetera. CCCXXXVII. 12. [Eſt apud Gruterum pag. IↃCCCCLXXXIIII. loc. 6. & apud Ferretium lib. IIII. M. 10. & apud Fabrettum pag. 284.]

Obteſtor. [*Opteſtor* apud Fabrettum eſt.]

Leviter ſuper oſſa reſidas. [*Leviter ſuper oſſa reſerva* apud Gruterum & apud Ferretium legitur. Supra autem in libro hoc pag. CCXXV. loc. 2.

Et te, terra, precor, leviter ſuper oſſa reſidas.

Itaque apud Gruterum pag. IↃCLXXXV. loc. 3.

Te, lapis, obteſtor, levis ut ſuper oſſa quieſcas]

Conditus [*Condita* apud Fabrettum eſt.]

D. M. & cetera. CCCXXXVII. 16. [Hac inſcriptione uſus eſt Gudius in notis ad Phaedrum in libro I. fabula XXVII. verſu 4.]

D. M. & cetera. CCCXLII. 9. [Inſcriptio contractior verſibus duobus eſt in notis Gudii ad Phaedrum in libro V. fabula X. verſu 10.]

CCCXLIV. 2. *Romae in hortis Coelimontanis.* Adde *Matteiorum.*]

M, NERIO. FAVSTO & cetera. CCCXLVI. 6. [Inſcriptio quoque legitur in notis Gudii ad Phaedrum in libro IIII. fabula XXIIII. verſu 11.]

CCCXLVII. 1. PARAMVIHI. TRAIANA. Oedipo hic opus eſt, qui ex prima voce mulieris nomen eruat, quae ſervo hoc monumentum poſuit. *Kool.* Apud Gruterum pag. CIↃCXII. loc. 7. legitur, PARAMYTHIADI. & apud eundem pag. CIↃXXXIIII. loc. 2. PARAMYTHIO. Tale nomen dominae vel ſervi ſub nomine PARAMVIHI latet.]

MIIRIINTI. [MIIRINTI eſt in Gudiano exemplo.]

CCCXLVIII. 6. [Ita inſcriptio legitur apud Gudium pag. CIↃ XVIIII. loc. 1.

D. M.
TERII. NAT. NORIC
& cetera.

Et ſubſcriptio.

Integra Romae in hortis Quirinalibus pontificis.]

AN. XII. CCCL. 11. [A. XII ſcriptum in exemplo Gudiano reperi.]

L. ABVCCIO. NERIO. & cetera. CCCLI. 1. [Inſcriptio quoque legitur in notis Gudii ad Phaedrum in libro IIII. fabula XXIIII. verſu 11.]

L. ABVCCIVS. NEREVS & cetera. CCCLI. 2. [*Haec inſcriptio quoque legitur in notis Gudii ad Phaedrum in libro* IIII. *fabula* XXIIII. *verſu* II. *& in Spovii Miſcellaneis eruditae antiquitatis pag.* 288. *ſed non eodem modo. Gudius ſcriptum reliquit ſic.*

NERIVS
ET ABVCCIA. PRIERIS
PORTICVM SCAMNA
MENSAS COLLIBERTIS
SVIS SVA. PECVN. D. D

In frag. tab. litt. Sept. Sev. aut Carac.

Supplend. ex 8a pag. CCCXLIX inf. & ſcribendum: L. ABVCCIVS NEREVS ſive *Nerius.*

L. ABVCCIVS. NEREVS
SIBI. ET
ABVCCIAE. PRISCAE. F. ET
ABVCCIAE. PIERIDI
VXORI Vid. I. p. IↃCCCCXXII. nº 5.
Litt. b. ſec. ut col. roſt.

L. ABVCCIO. NERIO. COLLIBERTO
& quae ſequuntur. Inſcriptio iſta jam comparet in opere Koolii pag. CCCLI. *loc.* 1. *Adhibeantur Gudius, Sponius, Fabrettus, ad cetera Abucciorum monumenta inter ſe conferenda.*]

M. ACILIO. M. L. ADVENAE. CCCLI. 9. [M. ACILIO. M. LIB. ADVENAE legitur in Gudiano exemplo.]

NICEPHOR. CCCLII. 5. [NICEPOR. in exemplo Gudiano reperi.]

VIX. CCCLII. 10. [VIXIT. in exemplo Gudiano ſcriptum inveni.]

ASIVIAE. CCCLIII. 1. [ASVIAE ſecundum exemplar Gudianum.]

CCCLVI. 3. Linea prima VITIC. leg. VILIC. nimirum *ſervus vilicus arkae.* Vid. Fabrettum inſcr. c. I. 3. *Kool.*

PLAETORIA. ↄ L. HESPERIS. CCCLVIII. 1. [7. L. quod apographon Gudii habet, eſt idem, quod ↄ. L.]

CCCLIX. 13. *Muriani apud S. Salvatorem inſula mentis ante domum de Vendraminis.* [Ita ſecundum exemplum Gudianum. Non adſequor illud, *inſula mentis.*]

ASCONIA. [ASCONIAE. ſecundum exemplum Gudianum.]

TROPIMVS. CCCLX. 1. [PROPHIMVS. Leg. *Troph. Gud.*]

C. VOLTILIVS & cetera. CCCLXIV. 5. [F. I. C. VOLTIDIVS. *Kool.* Correctione non eget. C. VOLTILI. NICEROTIS memoria exſtat apud Gruterum pag. CIↃCXXXVIIII. loc. 13. quamvis enumerentur apud Reineſium in clas. X. inſcriptione I. verſu 63. & 97. C. VOLTIDIVS PRISCVS & C. VOLTIDIVS FORTVNATVS. At ibidem infra verſu 160. C. VOLTILIVS FELICISSIMVS, non *C. Voltidius Feliciſſimus*, ut in indice XXIII. legitur. Id autem monumentum in Aldi Manutii commentario in Ciceronis de officiis lib. I. non invenio. Paulli patris nomen habet editio Graevii paginarum margine ſummo.]

Obiit BN. M. *Caſaria* & cetera. CCCLXVI. 5. [*Fuit annus Chriſti* 587. *vel* 588. Iſta computatio eſt in Gudiana monumenti Caſariae ſubſcriptione. Nempe conſulatum anno Chriſti 541. geſſit Baſilius junior. Huc adde annum 46. poſt conſulatum ejus. Sic inde annus 587. conficitur. Hoc autem ipſum monumentum

Pagius expoſuit in diſſertatione conſulatuum Caeſareorum pag. 327. At monumentalia verba ad litteram, ut decebat, non expreſſit Fleetwoodus in collectione inſcriptionum antiquarum pag. 379. De vocabulo domni videas Etyma Gallicarum vocum & origines ab Aegidio Menagio Gallice ſcriptas, & quod Chriſtianus Fridericus Kuhe inſcripſit Specimen philologiae numiſmatico- Latinae ſecundum. Auſonii quidem epigramma XX. in Meroen merobibam eſt.

Qui primus, Meroe, nomen tibi condidit; illo
Theſidae nomen condidit Hippolyto.
Nam divinare eſt nomen componere, quod ſit
Fortunae, morum, vel necis indicium.

& cetera. Notas Tollii & Souchaei lege. Omitto Iſidorum in Originum lib. VII. cap. VI. Caſaria bonum nomen eſt. Secundum Pompeium Feſtum eſt *Caſaria, quae cuſtodit caſam.* Vide *Amymone Marci* in indice XXIII. Diſſertationem Relandi noſtri de uxore domiſeda habet Bibliotheca hiſtorico-philologico-theologica in tomo I. Indicant Actorum eruditorum, quae Lipſiae publicantur, ſupplementa in tomo VIIII. ſectione XI. Eſt ibi elenchos omnium diſſertationum, quas in tomis VIII. edidit Theodorus de Haſe ſive Haſaeus, adjutore operis in primis tribus Friderico Adolpho Lampe. Muſeum hiſtorico-philologico-theologicum eſt quaſi quaedam appendix Bibliothecae hiſtorico- philologico- theologicae. Jam habetur ad ſecundi voluminis partem tertiam.]

DE. DONIS. DEI. CCCLXVIII. 12. [Eſt haec formula Chriſtianorum doctrinae maxime conſentanea; quam illuſtrat etiam diſcus argenteus votivus, qui nuper inventus eſt Peruſiae, cum inſcriptione tali in interiore orbe:

✠ DE DONIS DEI ET DOMNI PETRI
VTERE FELIX CVM GAVDIO

Indicant Acta eruditorum publicata Lipſiae menſe Aprili anno CIↃ IↃ CCXXVIII. Juſti Fontanini archiepiſcopi Ancyrani commentarium; quem ſuper eo diſco fecit, vellem haberem. Eſt enim antiquitatum Romanarum diligentiſſimus inveſtigator.]

Appius Claudius C. F. Caecus & cetera. CCCLXXIII. 1. [Caroli Neapolis Ἀνάτυξις ad Ovidium in VI. lib. Faſtor. in 201. vers. inſpici poteſt.]

ADDITAMENTVM NOTARVM.

III. 1. *In agro Pedemontano* & cetera. [Sub finem epiſtolae Graevii ad Gudium, quae eſt inter doctorum virorum ad eundem epiſtolas loc. XIIII. atque etiam inter Graevii praefationes & epiſtolas a Fabricio collectas editaſque N. LXXII. iſta legas.]

XIX. 10. *Inventa eſt corrupta in territorio Phaecuſiano in litore Lavinienſi in Latio prope Lavinium, quae hodie dicitur* Patrica. Haec fere ſunt in Italica ſubſcriptione. Kircherus in Latio lib. I. cap. VII. Holſtenius in adnotationibus in Italiam antiquam Cluverii ad pag. 897. Baudrandus in Geographia, conſuli poſſunt.]

MVCIANO. [MVCIAN. ſecundum exemplar Gudianum.]

AEQVANT. XXV. 4. [AEQVVANT. eſt in Gudiano exemplo. Ceterum de Aequo, & inſcriptionibus eo pertinentibus, lege Cellarium in Geographia antiqua lib. II. cap. VIII. pag. 392.]

C. ANTIVS. L. L. & cetera. XXX. 5. [L. ANTIVS. L. L. in exemplo Gudiano reperi.]

VENERI. VIRILI. XXXIX. 7. [Poſt illa: *Sed haec nihil fere ad Venerem Virilem Morpho.* His prelo ſubjectis, illud non omiſerim. Valentinus Erneſtus Loeſcherus vir venerabilis & doctus in Stromateo priore pag. 414. (quae quondam commentatus eſt in Coluthi carmen de Helenae raptu, quorum meminit etiam Fabricius in Bibliothecae Graecae lib. II. cap. VII. ea inter cetera in eo Stromateo edita ſunt) is, inquam, Loeſcherus putavit, non *barbatum corpore* legendum apud Macrobium loco quo ſupra, ſed *barbato corpore*. Haud muto lectionem antiquam. Signa & ſimulacra deorum barbata, id eſt, barbata ſpecie, dicuntur. Idem Macrobius in Saturnaliorum lib. I. cap. XVII. *Hierapolitani praeterea, qui ſunt gentis Aſſyriorum, omnes ſolis effectus atque virtutes ad unius ſimulacri barbati ſpeciem redigunt*; & cetera. Idemque cap. XVIII. *Item Liberi patris ſimulacra partim puerili aetate, partim juvenili fingunt, praeterea barbata ſpecie, ſenili quoque*; & cetera. Idem contra cap. XXIII. *Simulacrum enim aureum ſpecie imberbi inſtat dextra elevata cum flagro in aurigae modum*; & cetera.]

XLI. 61 C. VIBIVS. C. F. RVFVS. [Vide ſis Gruteri corpus reperitae editionis pag. CXCVII. loc. 3.]

TITVS. ANTISTIVS. AVCTVS. XLVI. 7. [TITVS. ANTIVS. AVCTVS. ſecundum exemplum Gudianum lege.]

XLVII. 6. *Flamineam.* [*Flaminiam* eſt apud Gudium.]

ANTONINVS. LIB. [ANTONIVS. LIB. eſt apud eundem.]

LVCIVS LYCILIVS & cetera. LIV. 6. [Apud Sponium in Miſcellaneis eruditae antiquitatis pag. 85. reperitur illa inſcriptio. Apotheoſin Homeri commentario illuſtratam a Cupero pag. 15. vide.]

Lapis repertus in Pedemontano agro & cetera. [Sub finem epiſtolae Graevii ad Gudium, quae eſt inter doctorum virorum ad eundem epiſtolas loc. XIIII. atque etiam inter Graevii praefationes & epiſtolas a Fabricio collectas editaſque N. LXXII. iſta legas.]

ANGITIAE. LIV. 9. [Non memini ſcriptores veteres ullam mentionem feciſſe Angitiae fontis, qui fuerit in regione Urbis duodecima, Piſcinae publicae nomine dicta. Interiit, quae eſt a Sex. Rufo etiam regionis illius facta deſcriptio. Abſque Boccatio eſſet; Theodontium, cujus commeminit Reineſius in adnotatione ſubjecta inſcriptioni, ſive Paullum Peruſinum, e compluribus veterum libris (& quot libri periere!) permulta collegiſſe ad notitiam hiſtoriae fabularis, adjutore operis Barlaamo Baſilii Caeſarienſis monacho; memoria ceſſiſſet. De illo autem Theodontio Barthius in commentariis ad Statium in Thebaid. lib. VIIII. vers. 842. legi debet a Königio indicatus in Bibliotheca vetere & nova. Velim quoque inſpicias Joannis Trithemii librum de ſcriptoribus eccleſiaſticis loc. IↃ CXXXIIII. & IↃ CXXXXVII. notas etiam Fabricii inſita adpoſitas in Bibliothecae eccleſiaſticae editione Fabriciana. At Voſſius de hiſtoricis Latinis lib. III. cap. I. non praetereundus eſt. Commentarium, quem in Virgilium Nicolaus Heinſius fecerat, intercidiſſe doleo: quippe de Angitia lecturos ad illum delegavit, quum in Silium Italicum commentaretur. Vide ſis lib. VIII. vers. 500. Illum vero Heinſianum in principem poetarum Latinorum commentarium eſſe inventum gaudeo. Idque jam legitur in Actis eruditorum publicatis Lipſiae A. CIↃ IↃ CCXXX. ſub finem menſis Maii.]

LVI. 5. [Quod ad Ligorii ſubſcriptionem a Koolio converſam attinet; in regione Palatii fuere, Vicus Curia-

rum, Casa Romuli, Auguratorium, & Curiae veteres: ut Victor in libro regionum Urbis, aliique in topographiis ejus notarunt.] *sic.*

L. ARMINIVS. & cetera. [L. ARMINIS. in exemplo Gudiano scriptum est. *F. Arminius.* in margine adscriptum est.]

CVR. [CVR ita in exemplo Gudiano scriptum inveni.]

D. D. [DD ita in eodem exemplo.]

MATRIS. AVGVSTIS. LVII. 2. [Videas inscriptiones, quae sequuntur Apotheosin sive consecrationem Homeri, & cetera, expositas a Cupero pag. 264. & deinceps; & Smetii Antiquitates Neomagenses pag. 91. & deinceps; & Sponii Miscellanea eruditae antiquitatis pag. 104. & deinceps; & Antonini iter Britanniarum commentariis illustratum a Gale pag. 7. & deinceps; & Menestrieri Historiam Lugdunensem scriptam Gallice pag. 6. & 128. & deinceps; & Antiquitates Romanorum explicatas, auctore M. A. V. N. tab. XII. pag. 45. & deinceps.]

LXV. 1. *Terminus in agro Albano. Similem vidi in hortis Caroli de la Valle extra portam Flaminiam litteris antiquissimis.* Gud. Claudii Gros de Boze dissertatio de deo Termino, & de illius cultu apud veteres Romanos, legenda est inter commenrarios litterarios, Gallice compositos, & ex regestis Academiae regiae inscriptionum & litteraturae prolatos, in tomo I. sive II.]

LXVIII. 9. *Prope Ecclesiam S. Luciae.* [Addi oportet, *in silice.*]

ANICETI. [ANNICETI littera N gemina legitur in exemplo Gudiano.]

LXXII. 2. [Hanc inscriptionem quoque habent, Sponius in Miscellaneis eruditae antiquitatis pag. 272. & Maundrellus in Itinerario a Beroea, quam Χάλεπ Graeci recentiores appellaverunt, Aleph Latini recentiores, ad Hierosolymam Britannico sermone confecto secundum Gallicam interpretationem pag. 61. & Roqueus in Itinerario Syriae & Libani montis Gallice composito in tomo I. pag. 23. (lege etiam pag. 226.)& aliqua ex parte habet Cellarius in Geographiae antiquae lib. III. cap. XII. Conferenda sunt exempla.]

LXXII. 6. Habet Grut. in nova edit. correctiorem. P. CL. 7. *Kool.* Apud Gudium pag. IↃCCCLXXIII. loc. 7. ad hunc modum inscriptio reperitur.

M⁄ AQVILIVS. M. F. GALLVS
VIAM FECEI &c.
ET EIDEM PRAETOR IN SICILIA FVGITEIVOS
ITALICORVM. CONQVAESIVEI. REDIDEIQ. HOMINES ↀCCCCXVII
EIDEMQ. PRIMVS. FECEI. VT. DE. AGRO. POPLICO *sic.*
ARATORIBVS CEDERENT PAASTORES. FORVM
AEDISQ. POPLICAS HEIC POSEIVI
al. FECEI.

Pollae in Lucania.]

EX. S. C. TERMINAVER. R. R. PROX. CIPP. P. XXV. LXXIII. 5. [M. Valerius Probus in libello de notis Romanorum interpretandis. R. R. *Rejectis ruderibus: vel ruderibus recolligendis.* Anonymos in libello de notis litterarum. R. R. PROX. CIP. *Ruderibus rejectis proximo cippo.* Ceterum Sertorii Ursati commentarius de notis Romanorum, & Joannis Nicolai tractatus de figlis veterum inspici potest; etiam commentarius Variarum lectionum Joannis Pierii Valeriani in Virgilium Aeneid. lib. XII. vers. 159.]

QVI. PRIMI. [QVI. PRIM. in exemplo Gudiano reperi.]

FLAVII. ÆRI. LXXVII. 5. [FLAVI. ÆRI est in exteriore orbiculo secundum exemplum Gudianum. FL. APRI est apud Fabrettum cap III. loc. 422. pag. 187.]

OP. DOLALLI. RVFI. [OP. DOL. ALLI RVFI. est in interiore orbiculo secundum exemplum Gudianum.]

IVSSV. IMP. CAESARIS & cetera. LXXXVI. 6. [Videsis Gruteri corpus pag. CXCIX. loc. 5.]

MORATOR. CXI. 3. [Graevium, qui hac inscriptione usus est, & alios a Pitisco in Lexico antiquitatum Romanarum laudatos vide.]

VILL. MAGN. CXXIII. 6. & cetera. Addi oportet in fine adnotationis. Credibile est, quod supra dixi, virgines Vestales inter initia tonsas fuisse; deinceps procedente tempore post sacerdotium initum crinitis vittatisque capitibus incessisse. Nadalius in historia Vestalium virginum (invenitur haec inter commentarios litterarios, Gallice compositos, & ex regestis Academiae regiae inscriptionum & litteraturae prolatos, in tomo V.) sic ait: *leurs cheveux, que l'on coupoit d'abord, & consacroit aux dieux, se laissérent erôitre dans la suite, & recurent toutes les façons, & tous les ornemens, que purent inventer l'art & l'envie de plaire.* Hoc est: *Earum capilli, qui tondebantur initio, & consecrabantur diis, sinebantur crescere postea, & recipiebant omnes modos ornandi, & omnes ornatus, quos poterant invenire ars & studium placendi.* In libro Joachimi de Sandrart, cui titulus est, Sculpturae veteris admiranda, in pag. XXIIII. in tabella videre licet monumentum ex aere, quod penes eum erat; sacerdotem Vestalem, quae sacra faciat, exprimente sima scalptura. In libro eodem pag. LV. in tabula sacerdotem Vestalem videre etiam licet. Statua Romae est in Justinianeis hortis e candido marmore. Tenet laeva pateram, dextra laciniam tenet. Coronam lauream habet in capite. Ceterum de crinibus hic fere nihil dici potest. Commemoratur in catalogo rerum naturalium & artificialium, quae in bibliotheca regis Daniae & Norwegiae Christiani V. adservantur, descripto ab Oligero Jacobaeo in sectione III. pag. 59. quaedam figura virginis Vestalis incisa lapide Lazuli. In selectis gemmis antiquis e Museo Jacobi de Wilde quondam amici mei in tab. I. cernere licet jaspidem, in qua caput virginis Vestalis cum infula aut suffibulo sculptum est. Sardonyx, cujus scalptura Nuptias Cupidinis & Psyches exprimit, de qua supra dixi, reperitur etiam inter veteres gemmas, quae servant nomina scalptorum, quas selegit atque illustravit Philippus de Stosch vir pereruditus, in tabula LXX. Justus Fontaninus, qui unus Italorum est hoc tempore antiquitatis Romanae peritissimus, protulit de antiquitatibus Hortae lib. I. cap. VI. marmoream tabulam adservatam in villa Nuptiana, colli S. Mariae Gratiarum imposita prope oppidum Hortanum. In ea tabula secundum Fontanini opinionem Herculis Hesperidumque imagines habentur. Illae quinis crinibus antependulis ornatae sunt haud dissimiliter: sexta autem pars capillorum comparere per obliquitatem imaginum non est sita. Antiquitas explicata, & repraesentata tabulis a Bernardo de Montfaucon vellem ad manum esset. Aliquot enim sunt istic in quibusdam tabulis effigies, quae ad hoc meum institutum pertinent. Illud XV. voluminum opus, paullum afuit, quin nuper ex quadam auctione emerem. Nam, ut in proverbio est, malo emere, quam rogare.]

CLI. 9. *In monte Aventino.* [*Inventa in cryptoportico in colle Aventino.* Sic verto subscriptionem Italicam.]

M. ARVNCVLEIO. ASPERNO. CLI. II. [M. ARVNCVLEIO. L. FILIO. ASPERNO secundum exemplar Gudianum lege.]

DIS MANIB SACR. CLIII. II. [Ita secundum exemplar Gudianum est,

DIS MANIB *Armillae* II.  SACR]

CLIV. 9. [Est in Italica subscriptione *dell' Arcioni.*]

AL-

ALBINVS. [ALBVNVS in exemplo Gudiano, I in margine eſt.]

ET. AXIDIA. CLV. 2. [*f. et.* EX. AXIDIA. apud Gudium eſt.]

CLXX. 5. [*Inventa in diverticulo viae Gabinae Praeneſtinae Tibur verſus.* Fere ita Ligorius in Italica ſubſcriptione.]

CLXXXVIII. 3. *In urna marmorea reperta in via Lavicana prope hippodromon Aureliani Auguſti ultra amphitheatrum caſtrenſe ad S. crucis in Hieruſalem.* Ligoriana haec maxime illuſtrat Olaus Borrichius in diſſertatione de antiqua urbis Romae facie in cap. VII. Ea diſſertatio comparet in Theſauro antiquitatum Romanarum tomo IIII.]

CXCII. 5. *Inventa in territorio Macaiſtiano ſub litore Laurentino in Italia in Latinis in fragmento lapidis.* Haec ferme ſunt in Italica ſubſcriptione.]

CXCII. 11. *Inventa ſub calle, qui hodie a pulcherrimo proſpectu denominatur, in regione Spinellorum.* Haec Ligorius fere.]

IRENA & cetera. CXCVIII. 14. [Graevium, qui in Theſauri antiquitatum Romanarum prooemio VII. edidit inſcriptionem, vide.]

M. VIII. CXCIX. 11. [M. VIIII ſecundum exemplar Gudianum.]

ATYLLO. CCX. 8. [Sex. praenomen in indice Gudiano eſt, ſed neſcio unde ſit.]

CCXI. 3. *In baſi*, & cetera. [*In via Appia. Monumenti ectypa ſcalptura erat, Ario ſive Arion Methymnaeus in delphino vehens: quippe qui fuit muſicus.* Haec fere ſunt in Ligorianis. Ibi non baſis, at genus ſcalpturae leviter eminentis, quod Itali *baſſo rilievo* vocant, notatur. Hiſtoria ſive fabula de Arione ignota non eſt. De Arionis delphinique ſimulacris ad Taenarum Laconicae promontorium adverſum Africae viſis Herodotus in lib. I. cap. XXIIII. Gellius in lib. XVI. cap. XVIIII. Solinus in cap. VIIII. Pauſanias in lib. III. cap. XXV. Hyginus in Poetico aſtronomico lib. II. cap. XVII. Servius ad Virgilium in ecloga VIII. vers. 55. Dio Chryſoſtomus in oratione XXXVII. inter ſe conferri poſſunt. Interque ſigna Heliconia conſpiciebatur Arion Methymnaeus in delphino ſedens: ut ſcriptum apud eundem Pauſaniam eſt in lib. VIIII. cap. XXX. de ſignis in monte Heliconе poſitis. Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖός ἐστιν ἐπὶ δελφῖνος. Quod apud Aelianum in lib. XII. de natura animalium in cap. XXXXV. memoratur ſubſcriptum Arionis imagini fuiſſe, epigramma correxit Salmaſius ad Solini locum. Legit enim, quod legendum fuit,

Ἀρίονα Κυπλέος υἱὸν,

non Κύκλωνος. Sic Suidas: Ἀρίων Μηθυμναῖος, λυρικὸς, Κυκλέως υἱὸς, & cetera. Quod autem ait idem Suidas, τὸ ω manere in genitivo quoque caſu; animadvertendum eſt. Apud antiquos ſcriptores Graecos invenitur in genitivo & ceteris caſibus obliquis τὸ ω & ο, etſi varient editiones quorumdam. Sed nomen hoc rectius per ο litteram, non per ω, in caſibus illis pronuntiari, oſtendit epigramma, quod ſupra dixi. Item oſtendit epigramma Bianoris in iconem Arionis citharoedi, quod habetur in collectione epigrammatum Graecorum lib. IIII. cap. XVI. Latinos itidem poetas nomen illud, ο littera correpta, dixiſſe, verſus teſtantur. Sic *Ariona*, ο littera correpta, dixit Ovidius in Faſtorum lib. II. verſ. 83. *Arione* Martialis in lib. VIII. epigram. LI. verſ. 15. *Nomen Arionium* idem Ovidius in Faſtorum lib. II. verſ. 93. *Arioniae lyrae* idem Ovidius in Artis amatoriae lib. III. verſ. 326. *Arioniam lyram* Propertius in lib. II. elegia XX. verſ. 18. *Arioniam chelyn* Felix Capella in lib. VIIII. pag. 307. Haec fere ſunt in promptu cognita. Ἀρίονιον, media ſyllaba correpta, ᾱ ῐ ο ſcripſit σχολιαστὴς Ariſtophanis ex Βαλρά-

χοις in verſ. 1352. Ἀνίπτῳ δ' ἴσως ἐις τὸν Ἀρίονιον μῦθον. Quod Barnes in adnotationibus ad Euripidis Electram in verſ. 435. & idem Barnes in prooemio ad ejuſdem Euripidis Medeam laudavit, Graecum carmen de Arione Methymnaeo non habeo: ſed videre oportet Fabricium in Bibliothecae Graecae volumine XIII. pag. 472. In Dactyliotheca Gorlaei in parte prima N. 53. reperitur annulus argenteus opere antiquo; cujus gemma achates eſt; in quo Arion citharam tenens, & delphino inſidens, magno tridente propter adpoſito, ſpectatur. In ſupplemento in hiſtoriam nummariam reipublicae Hollandiae a Bizoto ſcriptam Gallice in pag. 126. nec non & in deſcriptione numiſmatum noſtratium hiſtorialium a Loonio facta in parte I. lib. VI. pag. 488. numiſma Zeelandiae reperitur. Ex una parte eſt Arion in delphino citharizans; & navis, unde ſe praecipitaverat; & Tarentum, ubi in eam conſcenderat; (maritima certe ora & urbs proſpicitur) cum inſcriptione tali ⋈ NVNC ⋈ SPE ⋈ NVNC ⋈ METV ⋈ 1596 ⋈ ex altera autem parte leo natans notum inſigne; cum inſcriptione ſolita ⋈ LVCTOR ⋈ ET ⋈ EMERGO ⋈ Burgus ſignificat Middelburgum oppidum Walacriae, atque adeo Zeelandiae, primarium; & in media fere inſula ſitum. In curia Amſtelodamenſi, cujus quidem magnificentiam ego contemplans, nam contemplatione digniſſima eſt, admirari ſatis non poſſum vel fabricam totius operis, vel convenientiam partium, ſupra fores judicum aſſecurationis, ut jureconſulti recentiores appellavere, delphino inſidens Arion cum fidibus conſpicitur. Ariſtoteles in Tarentinorum politia refert, teſte Polluce in Ὀνομαστικῷ lib. VIIII. cap. VI. καλεῖσθαι νόμισμα παρ' αὐτοῖς νεῖμμον, ἐφ' οὗ ἐπετυχῆσθαι Τάραντα τὸν Ποσειδῶνος δελφῖνι ἐποχούμενον. Hoc eſt; *numiſma nummum apud eos vocari, in quo impreſſus erat Taras Neptuni filius delphino invehens.* Adhibeantur interpretes Pollucis Kühnius & Hemſterhuiſius. Nummos ejuſmodi, quibus inſcriptum eſt TAPAΣ nomen, protulerunt, Auguſtinus in dialogo V. de numiſmatibus, inſcriptionibus & antiquitatibus aliis; & Goltzius in Sicilia & Magna Graecia tab. XXXI. & ſequentibus; & Proſper Pariſius in Rarioribus Magnae Graeciae numiſmatibus tab. XII. & Begerus in Theſauro Brandenburgico ſelecto pag. 322. Vide etiam Harduinum in Nummis antiquis populorum & urbium illuſtratis. Idem Aelianus in lib. VI. de natura animalium in cap. XV. memorat Jaſenſium monumentum, quod erat commune formoſo puero & amaſio delphino; & in eo columnam, in qua erat pulchri pueri delphino inſidentis imago; nummumque argenteum & aereum cum amborum amoris nota. Haec quoque, ut erat in omni memoria curioſus prodidit Plutarchus in libro, quem inſcripſit: Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα, ἢ τὰ ἔνυδρα; Id eſt, *Utrumne beſtiarum terrenae ſint prudentiores, an aquatiles?* Καὶ τῷ παίδους ἐπίσημον Ἰασίδαι τὸ χάραγμα τῆς νομίσματός ἐστι, παῖς ἐπὶ δελφῖνος ἐχούμενος. Id eſt: *Et monumentum ſive inſigne amoris Jaſenſibus nota nummi eſt, puer delphino invehens.* Idem Plutarchus ſub ejuſdem libri finem: Ἡ δ' Ὀδυσσέως ἀσπὶς, ὅτι μὲν ἐπίσημον εἶχε δελφῖνα, καὶ Στησίχορος ἱστόρηκεν. Id eſt: *Ulyſſis autem clypei inſigne delphinum fuiſſe, etiam Steſichorus tradidit.* Legas ea, quae ſequuntur. Inter cetera, quae inſculpta monumento Lucciae C. F. Teleſinae, quod eſt apud Boiſſardum in parte VI. Antiquitatum Romanarum, ſive in tomo IIII. inſcriptionum & monumentorum tab. 116. itemque apud Gruterum pag. MCXLVIII. loc. 6. itemque in Antiquitatibus Romanorum explicatis, auctore M. A. V. N. tab. XVI. ſpectantur, pinnatus Cupido delphini tergo reſidens, prenſamque manu dextera caudam ejus retinens, conſpicitur. In libro Auguſtini de gemmis antiquis figuratis in parte altera N. 209. ſecundum editionem

Gronovii in iaſpide fulva (*in diaſpro roſſo* legitur, ſed vide Gellium lib. II. cap. XXVI.) cernitur, ut agitator, Cupido pinnatus ſuper currum, binis frenatis delphinis trahentibus. Idem in libro eodem N. qui ſequitur, *in niccolo* (ſic Itali onychem vocant) viſitur delphino ſedens, & dextera manu caput delphini tangens, laevaque virgulam tenens in modum flagelli. In Dactyliotheca Gorlaei in parte prima N. 180. ſecundum editionem Gronovii in onyche videas illum ipſum Cupidinem in delphino ſedentem, dextera manu elevata cum flagro in aurigae modum. Meam domum intrantibus duae ſculpturae in ſuperioribus tympanis oſtii meſaularum ſpectantur orbiculatae, leviterque eminentes, & encarpis circumpoſitis ornatae. Harum altera eſt; alatus Amor frenato delphine ſedens, & ſiniſtra manu ſagittam tenens: altera; idem Amor domito leone ſedens. In ejuſdem Dactyliothecae parte altera N. 567. in onyche duo viſuntur delphinis inſidentes, & manu ſublata neſcio quid ſignificantes. In libro Proſperi Pariſii, quo dixi, tab. XII. N. 7. nummus ΒΡΕΝΔΗΣΙΝΩΝ, id eſt, Brundiſinorum, invenitur. Idem Harduinus in libro, quo dixi, nummum ΒΡΕΝΔΗΣΙΝΩΝ recenſens, in eo Arionem delphino inſidentem, & delphinum minuſculum dextera, lyramque ſiniſtra tenentem, ſe videre putat. Inſpicientibus Goltzii librum, quem dixi, in tab. XXXIII. N. VII. lyra clarior apparet. Sic numiſmata, quae dubia aut obſcura ſunt, per eadem, quae ambigua non ſunt, illuſtrantur. At quid Arion ad Brundiſium? Inter numiſmata aerea Imperatorum, Auguſtarum & Caeſarum in coloniis & municipiis ex omni modulo percuſſa, atque a Joanne Foy-Vaillant expoſita, in parte prima pag. 163. & 170. & 183. & 184. & 200. & 212. & in parte altera pag. 8. & 33. ſunt nummi plurimi cum hac inſcriptione COL. IVL. COR. id eſt, Colonia Julia Corinthus, & cum hac inſcriptione, C. L. I. COR. id eſt, Colonia Laus Julia Corinthus. Melicertes iſtic delphino ſuperſedens, aut ſuperſtans, aut ſuperincubans, videri poteſt. Inter ſelectas gemmas antiquas e Muſeo Jacobi de Wilde in tab. XVI. loc. LX. refertur achates, in qua quidam puerili ſpecie, tibia canens, & curru inſidens, videtur per altum vehi delphinis junctis. Non, ut puto, ſignificatur Amor aut Cupido; non Arion; non Melicertes: quod Cupidinum & Amorum ſimulacra pinnata ſolent eſſe; & Arionis ſignum citharoedico habitu; & Melicertes ſive Palaemon tergo delphini inſidens, aut inſiſtens, aut indormiens, vulgo ſtratus eſt. Sic Pauſanias in lib. II. cap. I. Καὶ παῖς ἐπ' ὀθόνης ἐστὶν ἐπὶ δελφῖνος ὁ Παλαίμων. Id eſt: *Et puer rectus adſiſtit in delphino Palaemon.* Sic Philoſtratus in lib. I. Εἰκόνων loc. XVIIII. Ὀχήσεται γοῦν μικρὸν ὕστερον Παλαίμων ἐπὶ δελφῖνος, οὐδὲ ἐγρηγορὼς ὤτος, ἀλλ' ὕπτιος ἐπ' αὐτῷ καθεύδων. Id eſt: *Vehetur igitur paullo poſt Palaemon in delphino, non ille quidem vigilans, ſed ſupinus in ipſo dormiens.* & in lib II. loc. XVI. Καὶ ὁ δελφὶς, τὸ νῶτα ὑποῤῥωννὺς, φέρει καθεύδοντα, διολισθαίνων ἀψοφητὶ τῆς γαλήνης, ὡς μὴ ἐκπέσοι τῷ ὕπνῳ. Id eſt: *Et delphinus, tergo ſubſtrato, fert dormientem, perlabens nullo cum ſtrepitu tranquillum mare, ut ne excitetur ex ſomno.* At impoſitum dorſo delphini puerum Palaemonem aut pronum in ventrem, aut ſedentem, aut ſtantem videas in nummis veterum Corinthiorum. Eſt in gloſſis antiquis (eas animadverſionibus ſuis Barthius inſeruit) ad illud Statii in lib. I. Thebaidos vers. 121.

Ipſa ſuum genitrix curvo delphine vagantem
Arripuit frenis, gremioque Palaemona preſſit.

Curvo delphine. Inſidentem apto natura delphini. Ab Appuleio dicitur in lib. IIII. Metamorphoſeon *auriga parvulus delphini Palaemon.* Feſtive Claudianus in epithalamio Honorii Aug. & Mariae vers. 156.

frenatque roſis delphina Palaemon.

Palaemonem aurigam Neptuni fecit Nonnus in lib. VIIII. Διονυσιακῶν pag. 254.

Θαλασσαίοιο δὲ δίφρῳ
Δέξεται ἡνιοχῆα Παλαίμονα κυανοχαίτης.

Id eſt:

Thalaſſici autem currus
Accipiet aurigam Palaemonem cyaneis capillis Neptunus.

Vide & lib. XXXXIII. pag. 1116.

Sed, o Palaemon, ſancte Neptuni comes,
Quique hercule illi ſocius eſſe diceris;

ut eſt apud Plautum in Rudente in actu I. ſcena II. verſu 71. non te offenderit artificis luſus in puero neſcio quo tibicine ſic figurando. Plinius in Naturalis hiſtoriae lib. XXXVI. cap. V. nobilitates operum & artificum in marmore percenſens ait inter cetera de Scopae operibus: *Sed in maxima dignatione Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio Neptunus ipſe, & Thetis, atque Achilles, Nereides ſupra delphinos & cete & hippocampos ſedentes.* Eſt apud Boiſſardum in parte III. Antiquitatum pag. 82. & item apud Gruterum pag. DCCLXVI. loc. I. & item in Antiquitatibus Romanorum explicatis, auctore M. A. V. N. tab. XLIX. monumentum Caeſiae Daphnidianae Juventianae. In eo monumento hippocampos, & alia monſtra natantia videre licet, quae frenis alte moderantur ſuperimpendentes Cupidines. Sed redeam ad Arionem, unde diverti. Facete Coelius apud Quintilianum in Inſtitutionis oratoriae lib. VI. cap. III. *Siculi quidem, ut ſunt laſcivi & dicaces, aiebant in delphino ſediſſe, & ſic tamquam Ariona transvectum.* Lege locum.]

CCXI. 5. *In tabula aerea. Marmorea* e ſubſcriptione Italica legendum eſt]

ET. SVIS. LIBERTIS. [ET. SVIS. LIBERIS. ſecundum exemplar Gudianum lege.]

THREPTVS. CCXII. 3. [TREPTVS. ſine adſpiratione ſecundum exemplar Gudianum.]

FAVSTVS & cetera. CCXIV. 10. [Graevium vide. Is in Theſauri antiquitatum Romanarum prooemio VII. edidit inſcriptionem.]

ZETHVS. & cetera. CCXXV. 10. [Graevium, qui in Theſauri antiquitatum Romanarum prooemio VII. edidit inſcriprionem, vide.]

ARESIVS. ASPER. CCXXVIII. 8. [RESIVS. ASTER ſecundum exemplar Gudianum.]

CCXXIX. 5. *Qnirinalibus.* [*Quirinalibus* legendum eſt.]

PROCVLVS. [Sic dividi oportuit ſecundum exemplar Gudianum,

PRO

CVLVS.]

MANLIOLAE. V. CCXXX. 1. [MANLIOLAE ſine V littera ſecundum exemplar Gudianum lege.]

CCXLIV. 7. *Gratianopoli in ruderibns* & cetera. *Gratianopoli ex ruderibus* ſecundum Gudium pag. IDCCXXIIII. loc. I.]

GRAAIVS. [GRAIVS ſecundum exemplar Gudianum.]

PIENTISSIMAE. [PIENTISSIMAE ſecundum exemplar idem.]

APSTASAE. CCXLVII. 4. [APTASAE. in exemplo Gudiano, APSTA in margine ſcriptum eſt.]

CCLII. 8. AVLINAE. F.]. AVLINIAE. *Kool.*

IVLIA. CCLII. 11. [IVLIANA. ſecundum exemplar Gudianum.]

P. XIIX. CCLXV. 12. [PED. XIIX. ſecundum exemplar Gudianum.]

TVCHENI. CCLXXV. 9. [Tucheni a Tyche. *Gud.*]

FORTVNATO. CCLXXV. 10. [FORTVNAT. ſecundum exemplar Gudianum.]

CCLXXVIII. 7. *Neapoli in* Banchi nuovi. Ex collectione Gudii legendum eſt. *Puteolis ad mare.* Sic enim eſt pag.

CCCXCI. loc. 2. Inſcriptio eſt loc. 5. Ubi ſubſcriptum eſt, *Ibid.* Supra autem loc. 1. *Neapoli in Banchi nuovi.*]

CABEIAE. CCXCVIII. 11. [CABIAE. ſecundum exemplar Gudianum.]

MELTHINENI. CCXCVIII. 12. [MELITHINENI. *sic.* *sic.* ſecundum exemplar Gudianum.]

H. VI. CCXCIX. 2. [HOR. VI. ſecundum exemplar Gudianum.]

CACILIAE. OCTAVIAE. MATRI. [CAECILIAE OCTAVIAE MATRI ſecundum exemplar idem. Sequitur SANCTISSIMAE PIISSIM]

ET. HERED. MAESTISS. POSVIT. [Illud notandum eſt.]

CALIGAR. CCXCIX. 3. [CALLIGAR ſecundum exemplar Gudianum.]

CCCII. 1. *In tabula marmorea, quae inventa eſt in Tiburtina via ad pontem Mammaeae, qui nunc pons* Mamulo *nuncupatur, in villa M.* (M. praenomen ſignificat, an vocabulum honorificentiſſimum *monſignore?*) *Hieronymi Poggii; & Romae domum portata.* Haec Ligorius fere in Italica ſubſcriptione. De eo ponte vide, quos in Lexico antiquitatum Romanarum Pitiſcus citet auctores. His addendi ſunt, Blondus Flavius in Italia illuſtrata regione III. & Leander Albertus in deſcriptione Italiae regione IIII. & Athanaſius Kircherus in Latio lib. IIII. cap. 1. & Julius Minutolus in diſſertationibus Romanam antiquitatem illuſtrantibus in diſſertatione III.]

DIS. MANIBVS. SAC. & cetera. CCCVI. 1. [Inſpice Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XIII.]

CCCX. 2. *In via Latina. Inventa in via Latina in agro Setino.* Sic Ligorius. Sequitur illud, *in una via, che divertiſce nella via Appia.* Illuſtrat Ligoriana Livius in lib. XXVI. cap. VIII. ubi inquit: *Inde quum Hannibalem Latina via iturum ſatis comperiſſet,* [nempe Q. Fulvius proconſul] *ipſe per Appiae municipia, quaeque propter eam viam ſunt, Setiam, Coram, Lanuvium praemiſit,* & cetera. Ligorius loquitur de diverticulo viae militaris. Via Setina eſt apud Victorem.]

AGRELLIA. CCCIII. 12. [ARELLIA *ſecundum exemplar Gudianum.* Illud alteris formis litterarum expreſſum oportuit.]

EX. BESSE. CCCX. 4. [EX. BES. SE ſcrib. ex beſſe. *Gud.*]

CCCXVI. 12. *Apud piſcariam.* Ita ſecundum ſubſcriptionem Italicam.]

CCCXVI. 24. *Romae* & cetera. [Apud Gudium loco notato ſic legitur. Sed inſcriptio talis eſt apud Gudium pag. IDLXXXI. loc. 7.

P. CANINI. DIOS
CVRIDIS

Subſcriptio.
Ibid. in tab. litt. b. ae.
Supra autem loc. 1.
Romae in aedibus Franciſci Mazzantis & cetera.]

GEMINA. CCCXVII. 1. [GEMINAE ſecundum exemplar Gudianum.]

CCCXVII. 20. *Veletris* & cetera. [*Velitris* legendum eſt.]

CCCXXII. 14. *In via Gabinia.* Addi oportet, *in termino.*

ET. PA. CCLXXX. [ET. $\overline{PA}$. CCLXXX. ſecundum exemplar Gudianum.]

LABAS. [IABAS ſecundum exemplar idem.]

LICINIA. CCCXXIV. 10. [LICINA ſecundum exemplar Gudianum.]

VESTI. . . RA DECERMALON. CCCXLI. 3. [VESTI . . . RA DECERMALOM. . . . . ſecundum exemplar Gudianum.]

CCCXLI. 8. Hae duae quamvis ſeparentur in cod. Red. tamen videntur neceſſario conjungendae: neq. libro illo multum repugnante. Nam proxime ſequuntur, & nihil omnino interponitur. *Gud.* Reineſius XII. 14. haſce tres jungit, ſed corruptiſſimas exhibet. *Kool.*

PHILOSTAA. [PHILOSTRAA ſecundum exemplar Gudianum.] T T

CAECILIAE. Q. L. MACARIAE. CCCXLII. 2. [CAECILIAE. ↄ. L. MACARIAE ſecundum exemplar Gudianum.]

QVA. CCCXLII. 4. [QV. ſecundum exemplar Gudianum.]

DILEXERAT. [DILEXERIT. ſecundum exemplar idem.]

CCCXLIV. 6. *Romae in villa Caeſarina.* [Haec in codice Gudiano non ſunt.]

Forte leg. GAVATIVS. *& cetera.* [Forte l. CAVATIVS. Cavatiam gentem primus produxit Fabrett. c. IX. *Kool. idem.* Nonnihil titubatum eſt cognatis litteris. CAFATIA apud Fabrettum in cap. VIIII. pag. 611. eſt. CAFATIAE memoria in cap. V. N. XII. eſt. L. Cafatius Suavis in indice Gudiano eſt.]

VIX. ANN. III. M. III. D. XVII. CCCXLVIII. 5. [VIX. A. III. M. III. DXVII ſecundum exemplar Gudianum.]

L. ABVCCIVS. NEREVS & cetera. CCCLI. 2. [*Haec inſcriptio* & cetera alteris formis litterarum expreſſa oportuit.]

M. OVIO. M. L. COMMVNI. CCCLII. 8. [MOVIO. L. COMMVNI. Leg. M. OVIO. M. L. Vid. lin. ult. *Gud.*]

AVEILENA. CCCLIII. 4. [AVEILLENA. ſecundum exemplar Gudianum.]

FAVTA. [FAVSTA ſecundum exemplar idem.]

EVCERO. CCCLIII. 15. [EVCAERO ſecundum exemplar Gudianum.]

CCCLIV. 4. [Inſcriptio quoque legitur in Jacobi Manilli deſcriptione Italica villae Burgheſiae pag. 148.]

C. CALPVRNO. [C. CALPVRNIO. ſecundum exemplar Gudianum & Manillianum.]

PYRALLIDA. CCCLIV. 6. [PYRALIDA *sic.* ſecundum exemplar Gudianum.]

CCCLXIII. 12. Ⓗ. [Θ. ſecundum exemplar Gudianum.]

CALPVRIA. [CALPVRNIA. ſecundum exemplar idem.]

. . . VILLIA. P. ADEPTA. CCCLXIV. 11. [. . . VLLIA. ↄ. L. ADEPTA ſecundum exemplar Gudianum.]

Obiit $\overline{BN}$. M. *Caſaria* & cetera. CCCLXVI. 5. Poſt illa: Sic inde annus 587. conficitur. Inſpice ſis Petavii Rationarium temporum in tomo III. pag. 121.]

APPIVS. CLAVDIVS C. F. CAECVS & cetera. CCCLXXIII. 1. [Inſpice Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

ALTERVM ADDITAMENTVM NOTARVM.

VALENS. VIII. 12. [VALENVS. secundum exemplar Gudianum.]

MEMMI. [MEMMI secundum exemplar idem.]

M. TARCHEITIVS. M. F. PRISCVS & cetera. XXIX. 8. [Inspice Vetus Latium profanum & sacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

DIANAE. LYCIMNIANAE. SERVATRICI. & cetera. XXX. 5. [Inspice Vetus Latium profanum & sacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XVI.]

MAVORTIO. VLTORI & cetera. XXXVII. 9. [Inspice Vetus Latium profanum, auctore Josepho Rocco Vulpio, in tomo III. lib. IIII. cap. IIII.]

VENERI. VIRILI. MORPH. XXXIX. 7. & cetera. Adde. Quinetiam inspicias Vetus Latium profanum, auctore Josepho Rocco Vulpio, in tomo III. lib. IIII. cap. IIII.]

LIBERO. PATRI & cetera. XLIV. 8. [Inspice Vetus Latium profanum & sacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XIII.]

AESCVLAPIO. & cetera. XLVI. 8. [Inspice Vetus Latium profanum, auctore Josepho Rocco Vulpio, in tomo III. lib. IIII. cap. IIII.]

DE. LV. 13. [ΔЄ. secundum exemplar Gudianum.] [Epigramma Graecum sequitur Latinum; quod nescio quare a Koolio praetermissum sit.

IVSTITIAE. NEMESI
ATIS. QVAM. VOVERAT. ARAM
NVMINA. SANCTA. COLENS
CAMMARIVS. POSVIT

De ATIS, ut omittam alios, vide Vossium in notis ad Catullum in pag. 112. An FATIS legendum est, ne hiulcus sit versus? Atqui veteres poetae, ut versum facerent, saepiuscule hiabant.]

VALLONIAE. VATINIANAE. & cetera. LVI. 11. [Inspice Vetus Latium profanum & sacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

MATRIS. AVGVSTIS. LVII. 2. Ad extremum hoc addi oportet. & Antiquitates selectas Septentrionales & Celticas, auctore Keyslero, in dissertatione de dea Nehalennia, & in dissertatione de mulieribus fatidicis veterum Celtarum, gentiumque Septentrionalium.]

PATRI. TIBERINO. & cetera. LVIII. 6. [Inspice Vetus Latium profanum & sacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo I. lib. I. cap. XXVII.]

LXXI. 2. [Inspice Vetus Latium profanum & sacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

LXXII. 2. & cetera. Adde. Thevenotus in Itinerario Minoris Asiae Gallice composito in tomo II. lib. II. cap. LX. principium hujus inscriptionis adposuit. Ubi MARI. BRITANNIVS. mendose est. Itaque in illo elogio, quod ab Hieronymo in sepulcro Paullae inciſum est, & de dormitione ejus ad Eustochium filiam volumini subditum; quodque a Thevenoto in ejusdem libri cap. XXXXV. descriptum est; operae litterariae saepiuscule titubarunt: ut apparet ex collatione exemplarium.]

LXXIV. 3. *Velitris in palatio Gubernatoris Car. Strozzi.* Ita secundum Gudium: *A Velletri in palatio gubernatoris. Car. Stozzius.* Inspice Vetus Latium profanum, auctore Josepho Rocco Vulpio, in tomo IIII. lib. VI. cap. V.]

VETVSTATE. [VETVSTATEM. *Scrib.* TE. Gud.]

ET ANTE. E. RETORIS. [ET. ANTE E RETORIS secundum exemplar Gudianum.]

LXXXIII. 3. [Sequuntur duo ejusdem inscriptionis exempla Gudiana. Superscriptio.

Infra eadem, ut videtur, sed auctior p. MIOVI. I.

T. CAECIVS. C. F. POL. I. . . . . .
Q. CAECIVS. Q. F. POL. T. . . . . .
MARIA. T. F. MAXIMA
. . . . . .

Subscriptio ex Italico conversa.

Ibid. Inclusa in ponte.

Supra loc. 2.

Faventiae in S. Iacobi.

Superscriptio.

Ead. s. paullo aliter, & minus integra p. MCCCCLXV. 3.

T. CAECIVS. C. F. POL. . . . . .
& cetera, quae sunt apud Koolium.

Subscriptio ex Italico conversa.

Descripta manu Vincentii Fantmo a Tridotio.]

M. ALLIVS. M. F. OVF. VARVS & cetera. LXXXIII. 9. [Inspice Vetus Latium profanum & sacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

LXXXV. 8. *In termino e saxo Albano inscriptum est litteris pulchellis in agro Albano in via Appia ad latus montis.* Sic vertenda sunt Ligoriana.

CASCELLIAN. FVND. [Inspice Vetus Latium profanum & sacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

CCCCLV. [CCCCLV̄ secundum exemplar Gudianum.]

DIS. MANIBVS & cetera. CIII. 5. [Inspice Vetus Latium profanum & sacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo I. lib. I. cap. XXVI.]

VILL. MAGN. CXXIII. 6. & cetera. Post illa verba, malo emere, quam rogare. Addisson in Animadversionibus in quosdam Italiae locos in pag. 262. secundum Gallicam interpretationem, quum de statua virginis Vestalis cum igne foci publici sempiterno ante ipsam, quae conspicienda est Florentiae in porticu palatii veteris, loqueretur, sic ait, ut converti: *Illa statua, opinor, potest decidere controversiam, si virgines Vestales post tonsuram paverint suos crines. Nam in illa statua videas crines integros & nexos sub tegumento capitis.* Franciscus Desein in opere Gallico de Roma antiqua in lib. VII. cap. II. de novae nuptae crinali cultu loquitur hoc, ut interpretor, modo: *Illa passos habebat capillos intermixtis aliis de lana item, uti Vestales, quarum pudor imitandus erat; & illi nodabatur extremitas capillorum quasi cauda sive cuspis hastae in Junonis honorem*, & cetera. Deinde infra. *Arnobius lib. I.* [*lib. II.*] *adversus gentes confirmat istum modum crispandi capillos novarum nuptarum ad formam canalis sive hastae*: & cetera. Viderint istuc canaliculatum genus ornatus ornatrices ponendis in mille modos perfectae capillis. Enimvero caelibari hasta tamquam discriminali acu senis crinibus nubentium distinguendis ornatrices utebantur, sive a quibuscumque id fieri solitum erat. Plutarchus in Romulo dixit hunc antiquum nuptiarum ritum τὸ τλῶ κόμλω τῆς γαμουμλύης αἰχμῆ ἀφκείνεσθ δοςατίου· id est, *comam nubentis cuspide hastae discerni.* Idem Plutarchus iisdem verbis usus est ἐν τῶ πρὸ αἰτιῶν Ῥωμαϊκῶν, quo lector delegatur: Διὰ τί τῶν γαμουμλύων αἰχμῆ δοςατίου τλῶ κόμλω ἀφκείνουσιν; id est, *Cur nubentium comam cuspide hastae discernunt?* Itaque Arnobius demonstrato & notato loco: *Nubentium crinem caelibari hasta mulcetis?* Quod autem ait, *mul-*

cetis: nihil aliud est, quam discernitis sive discriminatis. Mihi quidem non placet illud Stewechii in Electorum συλλάβῳ: *Nubentium comae hasta celebari comatae.* Bene Servius ad Virgilium in Aeneid. lib. III. vers. 468. *& est participium* comantes *notum: non enim est verbum* como. In libris autem vulgaribus de verborum significatione non bene adpositus est locus ex libro Taciti de situ, moribus & populis Germaniae in cap. XVIII. *munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus nova nupta comatur; sed boves, & frenatum equum, & scutum cum framea gladioque. Comatur*, id est, ornetur, a comendo. Ceterum videas ibi Colerum. Nec ita multum obest opinioni Servianae locus ex libro Tertulliani de pallio in cap. III. *nam & de mari vellera, quae muscosae lanositatis lautiores conchae comant:* sive, ut Salmasius legit: *nam & de mari vellera, quo muscosae lanositatis plautiores conchae comant:* hoc est, ut voluit, quibus comant. Sic etiam legit idem Salmasius in Plinianis exercitationibus ad Solini Polyhistorem in cap. LIII. pag. 792. Quippe Tertullianus non bonus auctor Latinitatis est; cetera capitalis scriptor. Quid, quod in vulgata editione illud *comant* quoque per subjunctivum modum intelligi potest. Id notabile est apud Silium lib. XVI. vers. 59.

cudone comantes
Discecit crines.

At apud Plinium legas, *capillatur*; & apud Statium, *crinitur*: ut indicant libri de significatu verborum. Vetus χόλιον editore Barthio est ad illud Statii in lib. IIII. Thebaidos vers. 217.

frondenti crinitur cassis oliva,
Ut habeat olivae folia pro crinibus. In glossis veterum legitur: *Capillo, as,* τειχόω. *Crinire,* τειχόφυειν pro τειχοφυεῖν. Τειχόω. *Pilo, as. Capillo, as.* Τειχοφυεῖν. *Crinire.* Marsyas apud Appuleium in Floridorum lib. I. loc. III. de discriminatis Apollinis capillis: *Jam primum*, inquit, *crines ejus praemulsis antiis, & promulsis caproneis, anteventuli, & propenduli:* & cetera. Ad illud, quod dico, discrimen capitis nupturae spectare videtur Claudianus in epithalamio Honorii Augusti & Mariae vers. 284.

Ipsa caput distinguit acu, substringit amictus:
Flammea virgineis accommodat ipsa capillis.

Id est, Ipsa Venus caput Mariae distinguit acu discriminali, & cetera. Id quod fortasse paranymphae sive pronubae faciundum fuit: quemadmodum ἡ νυμφόδοτειρα καλουμένη Lacaenae virginis maritandae caput ad cutem tondebat: ut Plutarchus refert in Lycurgo. Deae ficta inductio est itidem in epithalamio Stellae & Violantillae vers. II. quod est apud Statium in lib. I. Silvarum loc. II.

Ipsa manu nuptam genitrix Aeneia ducit
Lumina demissam, & dulci probitate rubentem.
Ipsa toros & sacra parat; coetuque Latino
Dissimulata deam, crinem vultumque genasque
Temperat; atque nova gestit minor ire marita.

Caelibaris hasta dicta est recurva, ut multi observaverunt, Ovidio in Fastorum lib. II. vers. 560.

Comat virgineas hasta recurva comas.

At curvum crinale coercebat crines, ne laxius fluerent; quod est apud eumdem Ovidium in Metamorphoseon lib. V. vers. 53.

Et madidos myrrha curvum crinale capillos.

Etiamsi non de nihilo est altera lectio, judice Burmanno:

Et madidos myrrha cohibebat mitra capillos.

Nec abhorreo ab ista lectione. At Amor inducitur ab eodem poeta in epist. e Ponto lib. III. epist. III. vers. 15.

Nec torquem collo, nec habens crinale capillis.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ autem, qui & Bacchus dicitur, caput a Joanne Angelo Caninio in Εἰκονογραφίᾳ loc. C. e nummo aereo expressum est, curvo crinali cohibente crines. Idque apparet in aliis monumentis, quae mihi sunt in promptu. Quamquam non ubique facilis est distinctio mitrarum, & anademarum; sive diadematum, & ceterorum id genus ornamentorum; aut ligamentorum. Crinale dictum est, ut frontale; quod est expositum in glossis antiquis προμετωπίδιον, κεφαλόδεσμος. Subaudiendum est, aut aurum, aut ornamentum, aut vinculum, aut aliquid tale. Servius ad Virgilium in Aeneid. lib. XI. vers. 576. *Crinali auro. Quo crines inligantur.* Statius in Achilleid. lib. II. vers. 97.

& fronti crinale reponeret aurum.

Σχολιαστὴς ad illud Lucani in lib. III. vers. 280.

auroque ligatas
Substringens, Arimaspe, comas.

Arimaspe.] *Gens in Ponto, quae de auratis baltheis (bracteolis* Voss. sec. Oudendorpio teste) *ornamenti vice comas ambit.* Nec genus ornatus unum est ex auro. Vulgo legitur apud Felicem Capellam in lib. VIIII. de nuptiis Mercurii & Philologiae:

Crinale spicum, sive *Crinalem spicum pharetris deprome Cupido*
Libens capillum solvere.

Grotius in Februis ad illud: *Crinale spicum.*] L. *Crinale spiclum.* Reliqua vide. Barthius ad Claudianum in lib. de bello Gildonico in vers. 137. [138.] legit:

Crinalem spicam faretris deprome Cupido
Lubens capillum solvere.

& improbavit lectionem Grotii. Sed alias illud excutiendum est. Sic ἀπλῶς capillare unguentum appellatum est a Martiale in lib. III. epigram. LXXXII.

Et Cosmianis ipse fusus ampullis,
Non erubescit murice aureo nobis
Dividere moechae pauperis capillare.

De senis crinibus nubentium & Vestalium, quum alii, tum Salmasius in Plinianis exercitationibus ad Solini Polyhistorem in cap. XXXVII. pag. 534. & in notis in Tertulliani librum de pallio in cap. IIII. pag. 317. & in epistola, qua supra, exposuit. Sed, ut dixi, senos crines interpretor sex partes capillorum, & eas quidem vittatas & demissas; non in gradus atque annulos comptas. Vossius in Etymologico linguae Latinae in τῷ *Crinis*, quod deesset in loco Festi, supplere tentavit. In libro, qui inscribitur: *Catalogus universalis, sive designatio eorum librorum, qui hisce nundinis vernalibus Francofurtensibus & Lipsiensibus anni* MDCCXXXI. *vel novi, vel emendatiores & auctiores prodierunt, aut in posterum sunt prodituri:* in eo libro est indicatus liber cum hoc titulo: *Dragheimii*, M. Ioh. Benj. *Schediasma litterarium de priscis Romanorum nuptias adornantium ritibus*; 4. *Gedani in officina Knochiana.* Nondum habeo. Antiquos autem Romanos tempore procedente non nullis in ritibus nuptiarum, re omissa, nomen tantum tenuisse, notum est. Quod item in caelibaris hastae vocabulo usu evenit; ut opinor. Sed manum de tabula. Flagitat ἐξηγοδιώκτης.]

CXXVII. 5. [Inscriptio quoque legitur in Fabretti dissertatione III. de aquis & aquaeductibus veteris Romae. Vide etiam Petri Wesseling Observationum variarum lib. II. cap. XXVII.]

DIS. MANIBVS & cetera. CXLVIII. 8. [Inspice Vetus Latium profanum & sacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

VENVSTI. CLV. 10. [VENNVSTI. secundum exemplar Gudianum.]

sic. CENOPS. CLVII. 1. *sic.* [CENPOS secundum exemplar Gudianum.]

VE-

VERINVS. CLVII. 2. [VARINVS ſecundum exemplar Gudianum.]

CLVII. 4. *Altarinae Fabriani a Franc. Stellutio Ill. Principis Caeſii domeſtico. Non exſtat in volumine iſto, quod de priſca Caeſiorum gente Fonteius & Jacobinus ediderunt.*

Eſt in ſequentibus:

Attidii prope Fabrianam.

De quibus Cluverius in Italia antiqua lib. II. cap. VI. & Cellarius in Geographia antiqua lib. II. cap. VIIII. Sunt in margine, quae ſubjiciam.

† . . . *Deeſt praenomen* C.

* PR. PR. *An* praefecto *vel* praeſidi provinciae? *Sic videtur: quum infra* curator Piceni & Umbriae *ſcribatur. At mutavi ſententiam, quum vidi in inſcript. Hiſpellate, quas* [*quam*] *edidi olim in prim. epiſt.* C. MATRINIVM AVRELIVM ANTONINVM. V. P. *item* PONTIFICEM *&* CVRATOREM. R. P. COLONIÆ HISPELLATIS. PRIMVM. PRINCIPALEM. *inſcribi eodem anno, quo haec inſcriptio Caio Silveſtri in Piceno poſita. Vocantur item* VIRI. PRINCIPALES. *in Gratiani, Valentiniani & Theodoſii Impp. legibus, decuriones ſive viri primarii alicujus reipublicae.*

Vide C. Caeſius C. F. OVF. Silveſter in indice XXIII.]

CLVII. 7. *In baſi fracta apud cardinalem d' Eſte, & inventa in via Nomentana millibus paſſuum* VI. *a Roma.* Fere ita Ligorius.]

FORTIS. CLVII. 8. [FORTISS. ſecundum exemplar Gudianum.]

C. CALPVRNIO. FRVGI. SEXTILIANO. CLVIII. 2. [C. CALPVRNIO. C. F. FRVGI. SEXTILIANO ſecundum exemplar Gudianum.]

MAXIMAE. CLVIII. 3. [MAXIMIAE. ſecundum exemplar Gudianum.]

T. ENEIOLEIO. T. F. POBL. GAVINO & cetera. CLXIV. 2. [Inſpice Vetus Latium profanum, auctore Joſepho Rocco Vulpio, in tomo III. lib. IIII. cap. III.]

DIS. MANIBVS. SACR. & cetera. CLXIX. 6. [Inſpice Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

DIS. MANIBVS SACR. & cetera. CLXXIX. 3. [Inſpice Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

BATIRIO. CLXXXVI. 1. [BATIRIO. ſecundum exemplar Gudianum.]

D. M. & cetera. CXCV. 2. [Inſpice Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XVI.]

C. CALVI. . N. CCV. 1. [C. CALV. . . . N ſecundum exemplar Gudianum.]

ARCELAVS. PSECAS. CCXI. 2. [Habet Fabrett. X. 358. 714. ſed addenda, quia Fabrett. contra Rein. qui aliam habet inſcript. I. 89. in qua PSECHAS, PSECAS cognomen eſſe contendit. *Kool.*]

DE . PORTICV. [Inſpice Gruteri corpus pag. DCXLVI. loc. 10.]

Ut loquitur Valerius, & cetera. [*Ut Valerius loquitur*, apud Gudium eſt.]

CCXII. 5. *temporum N. Aurelii. M. Aur. temp.* ſecundum ſubſcriptionem apud Gudium.]

NEGOTIATOR DE. SACRA. VIA. [Opificum & tabernariorum & mercenariorum nominibus interdum adſcriptus eſt habitandi locus. Videas Cannegieterum in animadverſionibus in Aviani fabulam XXXVI.]

CCXII. 8. *Arelate. Extra pagum, qui* Tringuetaille *dicitur, qui eſt trans Rhodanum e regione oppidi.* Ita ſecundum ſubſcriptionem malo.]

CONVIVA. [COVVIVA. ſecundum exemplar Gudianum.]

CCXIV. 2. *Romae in hortis Boſii litt. m. ae. Caracal. in tab.* ſecundum exemplar Gudianum.]

PHILOMVSVS. [PHILOMOSVS. ſecundum exemplar idem.]

VNGVENT. CCXV. 4. [VGVENT. ſecundum exemplar Gudianum.]

VXORI. [VXSORI. ſecundum exemplar idem.]

CAIAE. ALPVSIAE VENERIAE. & cetera. CCXXVIII. 1. [Inſpice Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

CCXXX. 3. *Pelae.* [*Polae* ſecundum exemplar Gudianum.]

BARBIA. [BARBIAE ſecundum exemplar idem.]

PIENTISSIMAE. [PIENTISSIMAE ſecundum exemplar idem.]

VIRIDIAE. CCXXX. 5. [VERIDIAE ſecundum exemplar Gudianum.]

CCXXX. 8. *Corfini.* [*Corfinii* ſecundum exemplar Gudianum.]

BITTIVS. [F. l. BRITTIVS; vel dicendum, gentem eſſe huc uſq. ignotam. In meo codice, qui olim Wittii, BITTIVS. *Kool.*

HYMNAIDI. [HYMNIDI ſecundum exemplar Wittianum.]

SVAE. [VIVAE ſecundum exemplar idem.]

CCXXXI. 4. *Veronae in valle agri apud S. Zenonem.* ſecundum exemplar Gudianum.]

DYSTRIS. [DYSTRIS. *ſic.* ſecundum exemplar idem.]

DIS. MANIBVS. SACRVM & cetera. CCXXXIV. 5. [Inſpice Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

T. CAMVREN MIRONIS. CCXLVI. 2. [Vide pag. CCCXVI. 23.]

XALLIDI. CCXLVIII. 10. [XALLAIDI ſecundum exemplar Gudianum.]

CCLIII. 3. *Cale ſive Calle in Flaminia. A Cagli* enim eſt apud Gudium pag. CXXXVIIII. Offendi autem depictas in eadem pag. varias ſpecies vaſorum fictilium & vitreorum. Forſitan effoſſa ſunt in eodem loco vaſa operis antiqui.]

CAEDICIA. [CAEDIA apud Gudium eſt.]

VE. [VEL V apud Gudium eſt.]

CCLIII. 5. *Corfinii* legendum.]

CCLXVII. 2. *Abruntium.* [Eſt oppidum eo nomine, de quo Baudrandus in geographia conſuli poteſt: ſed a Ligorio memoratur Praetutiana regio, & Aprutienſium dicitur.]

CAPVDOCO. [Puto Capudoco illud ipſum cognomen eſſe liberti contra Ligorium. *Gud.*]

ANNIS. XXXV. CCLXVII. 6. [ANNIS. XXXXV. ſecundum exemplar Gudianum.]

BOIRIO. [F. l. ex Grut. BOTRIO. *Kool.* Vide Gruterum pag. DCX. loc. 8. Conjectura bona eſt.]

CCLXXV. 13. *Romae in villa Pamfilia* & cetera. Subſcriptio apud Gudium eſt,

Ibidem in urna lit. 2. ſec.

Supra autem loc. 3.

Ibid. in Juſtin. hort. & cetera.]

CCLXXVI. 5. [Altera ſubſcriptio eſt: nam duo ſunt ejuſdem inſcriptionis exempla.

Romae in hortis Juſtiniani ſub eleganti ſtatua feminae.]

ARRIOR. MON. & cetera. CCXCVII. 4. [Inſpice Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo II. lib. II. cap. XX.]

In praefationis appendice.

***** ***** in averſa charta ante illa, *In Bibliotheca Hohendorfiana* & cetera. *In catalogo librorum marchionis S. Philippi in parte* II. *pag.* 191. *N.* 2350. *legitur:* Micha. Regienſis inſcriptiones Latinae in variis Italiae locis repertae. Manuſcriptum nitid. litteris rubris & caeruleis, nec non fig. ornatum, optime conſerv.

***** ***** ante illa, *Chriſtophori Cellarii diſſertatio* & cetera. *Joannes Bernardus Fiſchers in opere, cui titulus eſt*, Entwurff einer hiſtoriſchen architectur *& cetera, id eſt*, Hiſtoricae architecturae adumbratio, *in lib.* II. *tab.* XIII. *Palmyrenas ruinas oſtendit.*

***** ***** * ante illa, *Giſbertus Cuperus* & cetera. *De eo inſpiciatur Bandurii Bibliotheca nummaria, quam cum adnotationibus ſuis ſeparatim edidit Fabricius, loc.* CLXXVI.

***** ***** * ante illa, *Jacobus Le Long* & cetera. *De eo inſpiciatur Bandurii Bibliotheca nummaria, quam cum adnotationibus ſuis ſeparatim edidit Fabricius, loc.* CLIII.

***** ***** ** ante illa, *Matthaeus Gargon* & cetera. *Servatius Gallaeus ſub finem diſſertationum de Sibyllis, earumque oraculis, in cap.* XXVI.

***** ***** *** ante illa, *Jacobus Eyndius* & cetera. *Gerardus Dumbar in principio libri Belgici, cui titulus eſt*, Het herſtelpt en wereltſpt Deventer.

***** ***** *** ante illa, *Matthaeus Gargon* & cetera. *Servatius Gallaeus ſub finem diſſertationum de Sibyllis, earumque oraculis, in cap.* XXVI.

***** ***** *** poſt illa, *Liber etiam fertur hoc titulo:* uſque ad illa, *De Cupero ſupra jam dictum eſt.* repone pro ceteris. Monumenta antiqua Judaica, Auguſtae Vindel. reperta, & enarrata, cum mantiſſa III. monum. vetuſtorum Roman. operis Velſeriani de antiquis monum. Auguſt. appendice quadam. Studio Matthiae Friderici Beckii. Auguſtae Vindel. 1686.

***** ***** **** in averſa charta poſt illa, Romae XII. folia. *Videas Fabricii Bibliographiam antiquariam in cap.* VI. *pag.* 157.

***** ***** ***** poſt illa, *ut opinor. Non poſſum, quin adſcribam id, quod legi in libro, cui titulus eſt:* Electa rei nummariae: *in diſſertatione Goth. Guiliel. Leibnitii de nummis Gratiani* AVGG. AVG. *cum illo*, GLORIA NOVI SAECVLI: *in pag.* 311. Non autem veterum nummis tantum, ſed & inſcriptionibus auctoritas ſumma eſt: & utrius auxilii maior eſſet uſus, aliquando amico certamine inter ſe contendebant inſignes & noſtro tempore principes in utroque genere viri Ezechiel Spanhemius & Marquardus Gudius; quae occaſio librum de uſu & praeſtantia numiſmatum peperit, quo Spanhemius ſibi immortalitatem peperit, & cui debet haec doctrina, quod nunc tantopere floret. Ex his duumviris ille pari doctrinae & dexteritatis laude florens, poſt multa ſaepe in republica bene geſta, nunc quoque a rege ſuo ex legatione Gallica ad regem Magnae Britanniae miſſus, in mediis negotiis Grotiano exemplo de litteris melioribus bene mereri pergit. Hic ducis Holſatiae, deinde Daniae quoque regis conſiliarius ac legatus nimia edendi mora magna parte gloriae ſe, magno fructu ſaeculum privavit. Etſi bona parte conſervatas tandem aliquando produturas ſperemus poſtumas ejus curas in antiquas inſcriptiones, quas non tantum coram ſingulari ſpectantis diligentia emendatas, ſed & acerrimi ingenii vi & ditiſſimae eruditionis praeſidiis illuſtratas publico uſui parabat. *Lege cetera.*

***** ***** ***** In illis, Tibur mihi patria eſt.] deſit illud, eſt.

In indicibus.

Pag. VIII. cap. V. [*Everardus Otto in libro ſingulari de aedilibus coloniarum & municipiorum pleroſque magiſtratus colonicos ac municipales; idemque* CL. V. *in libro ſingulari de tutela viarum publicarum in parte* II. *viocuros illuſtravit.*]

Pag. XXXIX. poſt illa, Diis Manibus. *paſſim.* [*Servius in comment. ad* III. *lib. Aeneid. Virgil.* Alii putant, hoc nomine appellatas fuiſſe animas ſeparatas a corpore: unde videmus vetuſta ſepulcrorum monumenta DIIS MANIBVS eſſe inſcripta. *Et Prudentius in priore libro contra Symmachum.*

In indicum ſupplementis.

Pag. I. Bono Evento *& cetera.* Sub finem adnotationis. *Inſpiciatur Bandurii Bibliotheca nummaria, quam cum adnotationibus ſuis ſeparatim edidit Fabricius, loc.* CLXXII.]

Pag. IV. Miliaria. LXIX. 1. Sub finem adnotationis. *Atque etiam Vetus Latium profanum & ſacrum, auctore Petro Marcellino Corradino, in tomo* II. *lib.* II. *cap.* XIII. *inſpici poteſt. Legas etiam Felicis de Klopper ephemeridem Lugdunenſem Batavam A. D.* II. *Januar. A.* CIↃ IↃ CC XXXII.]

Pag. VIII. ante illa, *& Ciampinus* & cetera. *& Philippus Buonarruoti in Obſervationum libro Etruſco de fragmentis quibuſdam vaſorum operis antiqui e vitro, quae figuris ſunt ornata, & in coemeteriis inventa Romae, in praefatione operis, & in ipſo opere diverſis locis;*

Pag. VIII. ante illa, *& Smetius* & cetera. *& Andreas Eraſmus a Seidel in epiſtola de nummo Vetranionis aureo in pag.* 304. *libri, cui titulus eſt*, Electa rei nummariae;

Pag. VIII. poſt illa, *Nondum habeo. Sed, ut video, ea diſſertatio Joannis Burcardi Menckenii eſt recenſita in Anſelmi Bandurii Bibliotheca nummaria, quam cum adnotationibus ſuis ſeparatim edidit Joannes Albertus Fabricius, loc.* CXXXXIII.

Pag. VIII. poſt illa, Ego ſum A. & Ω. *Inſpicienda etiam eſt Bandurii Bibliotheca nummaria, quam cum adnotationibus ſuis ſeparatim edidit Fabricius, loc.* XXXVIII. & CX. *Legendus eſt etiam liber, cui titulus eſt:* Titi Flavii Clementis viri conſularis, & martyris tumulus illuſtratus. *Videre licet Acta eruditorum publicata Lipſiae menſe Junio A.* CIↃ IↃ CC XXVIII. *Legenda eſt quoque Joannis Nicolai diſquiſitio de Moſe Alpha dicto in cap.* XV. *& ſequentibus.*]

In Koolianis & Heſſelianis notis.

Pag. IV. ΘΕΟΙΣ ΔΙΟΣΚΟΡΟΙΣ ΙΣΤΩΝΑΙΟΙΣ. LIX. 3. *Sub finem adnotationis.* Georgius d' Arnaud in commentario de diis ΠΑΡΕΔΡΟΙΣ in cap. XXI. τὸ ὄρ(ος) τ῀ Ἰωάννου, & inde τὸ ἐθνικὸν Ἰωνα(ος), non cogitavit. Quapropter ejus conjectura non bona eſt. Ut omittam alios, Palmerius in deſcriptione Graeciae antiquae lib. II. cap. X. quoque illuſtravit τὸ τ῀ Ἰωάννης ὄρ(ος).]

Pag. X. CYCAEO. CLIX. 1. [CYCAEIO *sic* ſecundum exemplar Gudianum.] *sic.*

TESSERARIO. [TESSARARIO. ſecundum exemplar idem.]

Pag. X. CLIX. 5. *Inventa in via Salaria non longe ab Aniene fluvio, & a ponte Narſetis.* Ita ſecundum Ligorii ſubſcriptionem Italicam. Imperante Juſtiniano, Narſes pontem viae Salariae uſque ad aquam a Totila tyranno diſtructum, purgato fluminis Anienis alveo, in meliorem ſtatum, quam quondam fuerat, renovavit. Inſpice Jani Gruteri corpus inſcriptionum in pag. CLXI. loc. 1. & 2. & Athanaſii Kircheri Latium in lib. IIII. parte III. cap. II. & Nicolai Bergierii opus de publicis & militaribus imperii Romani viis in lib. IIII. ſectio-

ne XXXVI. (illud e Gallico in Latinum ab Henrico Chriſtiano Henninio converſum habet Theſaurus antiquitatum Romanarum Graevianus in tomo X. principio.) & Julii Minutoli diſſertationes Romanam antiquitatem illuſtrantes in diſſertatione III. ſectione ultima, (illae habentur etiam in Novo theſauro antiquitatum Romanarum Sallengreo in tomo I. loc. 1.) & Joannis Mabillon Iter Italicum litterarium in pag. 86. Omitto alios libros.]

Pag. XI. CXCIV. 10. *In villa Joannis delli Pogii epiſcopi Tropienſis in via Flaminia.* Ita ſecundum ſubſcriptionem Italicam. Non dubito, quin in additamento Geographiae ſacrae Caroli a S. Paullo cum adnotationibus Lucae Holſtenii in Notitia quinque patriarchatuum ex bibliotheca regia in pag. 53. *Tropienſem*, C in T commutato, legendum ſit. Quippe in Notitia ex bibliotheca Thuana in pag. 65. *Tropenſem* legitur. Ut omittam alios; Holſtenium in adnotationibus in Cluverii Italiam antiquam ad pag. 1292. & in adnotationibus in Ortelii Theſaurum geographicum ad illud *Poſtropaea*, & ad illud *Tropiana*; & in notis in Stephani Byzantii Ἐθνικὰ ad illud ΠΡΟΣΤΡΟΠΑΙΑ; nec non Cellarium in Geographiae antiquae lib. II. cap. VIIII. pag. 584. vide ſis. Atque haec in tranſitu.]

Pag. XII. CCXIII. 2. *Panormi in tabella.* Ita ſecundum ſubſcriptionem Italicam.]

Pag. XII. *poſt illa*,

NE. SACRILEGIVM. COMMITTAS

Inſpiciatur etiam opus Sertorii Urſati, cui titulus eſt, *Marmi eruditi*, id eſt, *Marmora erudita*, cum adnotationibus Joannis Antonii Urſati nepotis in diſſertatione de ſepulcro (Naſoniorum ſcilicet) anno CIↃ IↃ CLXXIIII. non procul ab urbe Roma in via Flaminia ad Saxa rubra ſive ad Rubras (le *Grotte roſſe* vocant Itali) detecto in pag. 250. & 349.]

Pag. XIII. CCXXXI. 9.

Hiſtonii. In urna lapidea in horto P. B. Auguſt. Eremit. Ibid. nella chieſa di S. Auguſtino. [Id eſt, *in aede S. Auguſtini.*] *Non eſt in Gr.*

Tales ſunt ſubſcriptiones apud Gudium. Tria enim exempla inſcriptionis ſunt in pag. XXXXIII. loc. 5. & in pag. IↃ CCC LXXVIIII. loc. 6. & in pag. CIↃIↃCXXXXI. loc. 5. Sed ea paullum oppido inter ſe differunt.]

Pag. XIV. CCLXIX. 11. *Capuae in eccl. S. Mariae Magd. Cod. p.* 114. *b.* 2. Ita ſecundum ſubſcriptionem Gudianam.]

Pag. XV. CCLXXXI. 12. *Camilli Peregrini Alex: F*, [*Camilli Peregrinii Alex. F.* legendum.]

GRANNIA. C. L. [CARANIA C. L. ſecundum exemplar Gudianum.]

PILVMNIA. [PILVMINA ſecundum exemplar idem.]

Pag. XV. CCC. 10. *In via Aurelia. Inventum in via Aemilia, ruptum ſine fine.* Ita ſecundum ſubſcriptionem Italicam.]

EX. TEST. [EX. TEST. . . ſecundum exemplar Gudianum.]

Pag. XV. CCCVIII. 6. *In caſtello Ciſluch in inſula apud fluvium Naronem.* Sic enim malo. Quippe quem Νάρωνα vocabant Graeci, Latini Naronem nominabant.]

Pag. XVI. CCCXVII. 4. *In praediolo Camilli Peregrinii in pago Caſafuella.*

A. CARVILIA L. TEVRISCI DS. H. SS.

Ita ſecundum exemplar, quod eſt in collectione Gudii pag. LXXXIIII. loc. 41.]

STEPHANONIO. CCCXVII. 8. [STEPHANIONI. F. S ſecundum exemplar Gudianum.]

Pag. XVI. CCCXXXV. 16. *In pago Caſafuella in praediolo Camilli Peregrinii Alex. F.*

Q VITELLIVS Q. A. L. APELLA FECIT
VITELLIAE Q. A. L. STATIAE ET VITELLIAE
Ↄ. L. VENVST.
C. CARISTANIO C. L. HERMAESCO

Ita ſecundum exemplar, quod eſt in collectione Gudii pag. LXXXII. loc. 25.]

Pag. XVIII. *poſt illa*, Ceterum de crinibus hic fere nihil dici poteſt. In mentione ſtatuarum virginum Veſtalium eſt etiam una non praetereunda, licet refecta per Franciſcum Girardonem, Verſaliis in palatio regio. Inſpiciatur liber, qui Gallice inſcriptus eſt: *Recueil de cinquante des plus belles figures antiques & modernes de celles, qui ſont placées dans les appartements & parc de Verſailles, deſſinées & gravées au burin ſur un pied de hauteur par Simon Thomaſſin graveur du roi avec l'explication ſous chaque figure de ce, qu'elle repreſente, dedié au roi par led. Sr. Thomaſſin:* id eſt, *Collectio quinquaginta pulcherrimarum figurarum veterum ac novarum ex illis, quae ſunt poſitae in diaetis & in ſepto Verſaliarum, graphice deſcriptarum & ſcalptarum in altitudinem pedalem per Simonem Thomaſſinum ſcalptorem regium cum explicatione ſub unaquaque figura, regi dedicata per eumdem Thomaſſinum:* loc. XII. Atque etiam inſpiciatur liber, qui Gallice inſcriptus eſt: *Deſcription des chateaux & parcs de Verſailles, de Trianon & de Marly, par Piganiol de la Force:* id eſt, *Deſcriptio caſtellorum & ſeptorum Verſaliarum, Trianonis & Marlii, a Piganiole de la Force facta:* in tomo I. pag. 116. Omitto alios libros de celebrata regia Verſalienſi compoſitos. In ejus ſtatuae capite, quam videas in magna porticu, prior pars capillorum ſatis apparet ſecundum exemplar Thomaſſini grandiuſculum.

Pag. XX. *poſt illa*, Lege locum. At Spanhemium in diſſertatione IIII. de praeſtantia & uſu numiſmatum antiquorum in loc. XII. de delphinis in nummis conſpiciendis; & Maierum in libro, cui titulus eſt, *Il regno di Napoli e di Calabria* & cetera, id eſt, *Regnum Neapolitanum & Calabrum*, in parte I. tab. 8. & 9. pag. 21. & ſequentibus de nummis Brundiſinorum & Tarentinorum ſupra memoratis; & Gutberlethum in adnotationibus in Gabbemae librum, cui titulus eſt, Nederlantſe watervloeden, id eſt, *Belgica diluvia*, ad pag. 300. de nummo Zeelandiae ſupra recenſo; quos oportuit me jam ante laudaſſe, hic non queo praeterire. Multa quidem in commentarios meos referre conſuevi, ſed aliud alio tempore, velut haec.]

Pag. XX. CCXXXIII. 1. Buxentini, ut opinor, a Buxento. Eſt apud Silium Italicum in lib. VIII. verſu 584.

Ille & pugnacis laudavit tela Salerni,
Falcatos enſes, & quae Buxentia pubes
Aptabat dextris irraſae robora clavae.

At apud eumdem poetam in lib. VIIII. verſu 204. Dauſqueius, Cellarius, Nicolaus Heinſius, Drakenborchius, adfirmaverunt legendum,

ſeu ſunt Byzacia cordi
Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis,

non, *Buxentia.* Initium epiſtolae ad Felicem epiſcopum de Acropoli miſſae ex regeſto Gregorii Magni in lib. II. cap. XXVIIII. hoc eſt. *Quoniam Velina, Vixentina & Blandana eccleſia, quae tibi in vicino ſunt conſtitutae, ſacerdotis noſcuntur vacare regimine:* & cetera. Vide Carolum a S. Paullo in Geographia ſacra cum adnotationibus Lucae Holſtenii in pag. 60. & Holſtenium in adnotationibus in Cluverii Italiam antiquam ad pag. 1261. nec non Baluzium in Nova collectione conciliorum in pag. 1465.]

Librariorum menda sic corrigenda sunt.

In praefatione.

Pag. 14. primum mensis octobris diem	primos mensis Octobris dies
Rovellam,	Roverellam,

In praefationis appendice.

***** **** in aversa charta. *poemata Graeca*	*poematia Graeca*
***** ***** * *Peregrinator d'Aubry*	*Peregrinator Aubry*
***** ***** *** *Casparum*	*Casparem*
Augustae	Augustae,

In opere.

Pag. I. 4. *Faventiæ*	*Faventiae*
6. *Tuderii*	*Tuderti*
7. *Albina*	*Albiana*
II. 4. IALNVEIANVS *sic.*	IANVLEIANVS
III. 4. jugani	jugarii
7. *Estossa*	*Effossa*
Dolocheni	*Dolicheni*
IV. 5. *Estossa*	*Effossa*
10. *Montus Cœli*	*montis Coelii*
CII. 6. SASELLVM.	SACELLVM.
CXLVI. 5. *Vitellam*	*Vitellia*
CXLIX. 9. *Firmii.*	*Firmi.*
CXC. 2. MEN. III.	MEN. VIII.
CXCIII. 5. *A Caroli*	*A Carolo*
CCXXVIII. 9. *vide Anno*	*Vidi a°.*
CCLXIV. 1. latinas inscuptio	Latinas inscriptio
POTINVS.	POTHINVS.
acceperat alter	accipere poterat alter
Aprilis praenomen	Aprilis illius praenomen
alteros duos	: alteros duos
a Floro	a Floro libertus ejus
causa	causſa
quartae,	Quartae,
CCLXVI. 11. Cap. 11. 55.	Cap. 11. 15.
CCLXVIII. 11. IↃCXCIXIV. 1.	IↃCXCIV. 1.
CCCXIV. 23. *pag.*	*pag.* 43. *a.* 2.
CCCXVII. 12. C. CELTIVS.	C. CELTVS.
CCCLVI. 3. *b.* 2.	*a.* 1.

In indicibus.

Pag. XXXVII. Coliberto optimo B. M. CCCCLV. 6.	Coliberto optimo B. M. CCCLV. 6.
XLV. VICECIMVM.	VICESIMVM.
LXXIV. M. Aur. M. F. Alia Gall. Vivinacio, & *cetera.*	M. Aur. M. F. Aelia Gall. Vivinacio, & *cetera.*
LXXVII. L. L. Iucundus Olypus. CCL XI. 1.	CCCLXI. 1.
LXXXIII. L. L. Crimilsa.	L. L. Crimilia.
LXXXVI. Aimena.	Limena.
Volucus	Voluscus
Q. Apulleius Q. L. Salvius.	Q. Appuleius Q. L. Salvius.

In indicum supplementis.

Pag. I. *Breitingegeri*	*Breitingeri*
III. *& Pius*	*qui & Pius*
Phoeniciae. LXIX. 2.	Phoeniciae. LXIX. 8.
que descripta	*quae descripta*
IV. *De De*	*De*
servarit	*servavit*
VII. Reineneſium,	Reinesium,
eodom	*eodem*

In Koolianis & Hesselianis notis.

Pag. X. CLXI. 6. in nonnullis	in nullis
XVII. XLI. 6*i*	XLI. 6.

Cetera suis locis adnotavi corrigenda.

L E O V A R D I A E

excudit partim TOBIAS VAN DESSEL, a typis Ordinum Frisiorum.

bkg/wf
6/15/73 gws

70321